3.

BENEDICTI

DE ACOLTIS ARETINI DE BELLO
A CHRISTIANIS CONTRA BAR-
BAROS GESTO PRO CHRI-
STI SEPVLCHRO ET IV-
DÆA RECVPERANDIS.
LIB. IIII.



FRANCISCVS CHEREGATVS EPISCOPVS APPRVTII AMPLISS. PATRI BENEDICTO ACCOLTO CARDINALI RAVENNÆ. S. P. D.

CVM Illico poſt miſerandam vrbis direptionem Anconam veniſſem, Petrumq; Card. Anconitanum patruum tuum, virum ſummo ingenio, ſummaq; doctrina, pariq; auctoritate præditum ibi comperiſſem, & pro mea in illum obſeruãtia ſalutaſſem, Iſq; me cum aliis nõnullis familiariter in conuiuio adhibuiſſet, memini tunc quoſdam interfuiſſe, quibus nihil nõ a doctrina delatum videbať, Cumq; vt fit, vario ſermone conuiuium produceretur, incidimus in mentionem accerrimi illius & pietiſſimi belli, quod a Gotifredo Bolionio Lotheringie Principe cũ cæteris Galliæ heroibus ſuſceptum, eo tempore, quo Pontificatum Romæ tenebat Vrbanus huius nominis ſecundus, exitus habuit tam illuſtres, Cumq; vt ſæpe inter loquendum fit, non idem inter omnes conueniret, nam aliter alius vel exercituum congreſſus, vel vrbium expugnationes recordabatur, & quod ita eſſe putaretur oſtẽdebat id, quod dixiſſet, nixum eſſe auctoritate clariſſimoꝝ virorum, qui illud bellum ſcripſiſſent, euenit vt hic copioſiſſime Platinam, ille ornatius Blondum laudaret, a nonnullis etiam Paulo cuidã Emilio Veronenſi laus ſumma tribueretur, Quæ quidem pro mea in te familiamq; tuam cum cæteris ornamentis, tum præcipue litterarum ſtudiis clariſſimã perpetua obſeruantia, non ſolum mihi ſummam admirationem excitarunt: verum etiam iniquo me animo ferre compulerunt, quod Benedictus Accoltus vir clarus ipſius Card. pater, auus tuus in ipſorũ ſcriptorum numero non eſſet habitus, quippe qui omnem iſtarum rerum memoriam breuiter, & vt quidem mihi videtur perdiligenter quatuor voluminibus eſſet complexus, Itaq; opere precium exiſtimaui, vt cum præſertim tot tantaq; in dies legantur prorſus lectu indigna, eius operis profecto, & editione & lectione, meo quidem iudicio digniſſimi laudem ab obliuione hominum & ſilentio vindicarem, in lucem proferre ipſius ingenii monimenta mandata lr̃is, quibus hoc bellum cum omni grauitate & iucunditate explicatur. Quamobrem cum ab eo tempore in huiuſmodi ſententiam permanſerim et neſcio

quo caſu eueniſſet, vt proximam eſtatem non ſine aliquo ocio Venetiis contererem, nactus huiuſmodi occaſionem haud magis de te patruoq; tuo Cardinalibus ampliſſimis, q̃ de omnibus litterarum & antiquitatis ſtudioſiſſimis benemerendi, Egi cũ Ioanne Marquali Calcographo, quem iandiu habeo familiarem, vt hanc ipſam hiſtoriam typis ſuis excuderet, quod quidem ille mox pro ſua virtute & eius in me beneuolentia ſummo ſtudio, ſummaq; diligentia confecit. Cæterum cum ipſa ſub alicuius præſidio in lucem proferenda eſſet. Tu facile, ac merito primus occurriſti, cui hanc meam curam ne dicam ſtudium & beniuolentian dicarem, Quid enim plane magis congruere videbatur, q̃ Accolti labores in Accolti nomine apparere, & Auunt nepoti, Benedictum Benedicto, Accoltum Accolto, tuendum committere: Accipias igitur Auum ipſum tuum in ſinu tuo fouendum protegendumq;, & me quem ſemper vt ſpero cognouiſti, nominis tui ſtudioſiſſimum beneuolentia, vt cepiſti, & charitate complecteres Vale.

Albares capitur carte 45 a
Amaurius frater Balduini regnum ſuſcipit 62 d
Andreas apoſtolus clericum p ſomnum admonet 38 b
Antiochiæ deſcriptio, & quotuplex 25.a. 30 c
Armeni fere oẽs chriſtiani 26 c
Armenia occupatur 26 d
Antoſia vrbs capitur 28 c
Antiochia capitur 36 b
Antiochiæ tẽpla purgantur 42 b
Aquarum penuria mirabilis 24 d
Aquarũ penuria ſub Hieruſalẽ 52 c
Archin vrbs pepigit cũ xpiãis. 47.a
Arſur caſtellum capitur 61 a
Aſiæ ſtatus qualis 10 d
Aſias Antiochiæ præfectus 30 d
Aſias interficitur 36 b
Barutim ciuitas 48 d
Bellum quibus de cauſis ſuſcipiendum ſit. 5 d
Beſphet Aſiæ dominus 10 d
Bellum inter Robertum Apuliæ dominum & Græcum imperatorem 14 b
Bernardus hiſpanus antiochiæ præſul conſtituitur 42 b
Bethleem capitur 50 c
Belgraius ager populatur 8 b
Boamundi Apuliæ principis origo 14 b
Boamundus claſſem dirrachio appulit 19 a
Boamundus de iniuria conqueritur apud imperatorẽ Græcũ 19 c
Boamundus iurat in manus imperatoris Græci 19 d

B

Balduinus Enalti princeps legatus moritur 42 D
Balduini milites in vinculo cõiecti a perſa quodam 44 d
Balduinus mortuo fratre rex Hieruſalem citatur 60 d
Balduini Egregiũ facinus 61 a
Balduinus rex ab Aegiptiis ſuperatur 61 b
Bolduinus euaſit periculũ ob perſæ gratitudinem 62 c
Balduinus rex moritur 62 d
Barbari cædunt a chriſtianis 22 b
Barbari quidã in præruptis montibus proficiuntur 28 b
Barbari fugant ac cædunt a Goffredo ſub Antiochia 33 a b
Barbari in arcem antiochiæ ĩgrediũtur uia occulta 37 c
Barbarorũ cædes ſub tripoli 48 d

C

Carolus magnus 3 b
Calemanus pannoniæ rex 8 a
Calemani dolus i codeſcañ 13 b
Caſtra ſolimani expugnant 24 c
Cædes magna de barbaris 24 b
Cædes Chriſtianorum cauſa vnius equi fugientis 32 b
Chriſtiani in iudæa pene ad internitionem redacti 3 c
Chriſtus per ſomnũ Petro Heremitæ apparuit 4 a
Chriſtiani multa paſſi ſunt a perſis. 11 a
Chriſtianorũ magna pars a ſolimano fugatur 12 d
Chriſtiani ab obſidione ſolimani liberantur 13 a
Chriſtianorũ murmur in duces exercitus 45 d
Chriſtianorũ diſcordia 48 c

ꝯriſtiani ſub Hierusalē magna prę da petiuntur 51 a
ꝯlaſdalas dux ægyptiorum 57 d
ꝯlades ſub chriſtianis antiochia il/ lata 3 b
Concilium cogitur in claro monte galliæ vrbe 4 c
Codeſcaus ſacerdos milites co/ git. 13 a
Comagio chriſtianos ꝑmit. 42 d
Comeatus abunde a Nicenis da// tur 9 a
Comparatio militiæ chriſtianæ cū barbaris 6 d
Corbagus perſarum dux 36 d
Corbagus in fugam vertitur 41 d
Coradus imperator & Loyſius gal/ lorum Rex in iudæam proficí// ſcuntur 62 b

D

Diogenes Græciæ iperator 10 d
Diogenes a Beſphet capitur 10 d
Diogeni a ſuis effodiuntur ocu// li 10 d
Diogenes tertius Nicophorū priua/ tū iperio nexū tenebat 11 b
Duces qui Chriſti ſepulchrū recupe rāt nō impares priſcis 1 c
Duces nudis pedibus cum toto exer citu ad montem oliuarum proce/ dunt 33 a
Duces & milites ad patriā reuertun tur præter paucos 59 a
Damaſius a Gallorum Rege obſide tur 62 d

E

Edictum imperatoris Græci neq; ī caſtra comeatum ferat 17 c
Edictum reuocatur ob metum Got fredi 17 c
Equi barbarorum ſub antiochia ca/ piuntur 35 a
Exploratores Solimani a chriſtianis capiuntur. 21 c
Aegyptii i fugam vertuntur 59 a

F

Fames Chriſtianos ſub Antiochia præmit 31 d
Fames mirabilis chriſtianos obſeſ/ ſos inuadit 37 c
Filius imperatoris Græci in caſtris Goffredo obſes mittitur 18 c
Fraus & inſidiæ Græci imperato/ ris contra Coradum imperato// rem & Loyſium Gallorum Re/ gem 62 c

G

Galilea dono datur Tancre/ do 59 b
Genuenſes frumento opem ferunt chriſtianis 33 b
Gibelis vrbs cum Chriſtianis pepi/ git 47 c
Gloria eſt virtutis præmium 1 a
Goffredus ad Hiſtrum fluuium per/ uenit cum exercitu 16 c
Goffredus magno plauſu ab Hun/ nis excipitur 17 a
Goffredus caſtrametauit ſub By// zantio, militeſq; prædatum mit/ tuntur 17 b
Goffredus cum exercitu fere ab im/ peratore Græco anguſte claudi/ tur 18 a
Goffredus honorifice ab imperato/ re excipitur 18 c

Goffredus a belua vulnerat̃ 26 c
Goffredus cum paucis a multitudine barbarorum ſuperatur 37 b
Goffredus prelium inſtaurat ſub antiochia 41 c
Goffredus liberat externum principẽ ab obſidione perſarũ 43 b
Goffredus expugnat caſtella latronum 43 d
Goffredus Hieruſalem rex declaratur.
Goffredus non permittit capiti ſuo coronam imponi 57 b
Goffredi virtus & preſtantia 57 c
Goffredus Balduinũ fratrẽ magno honore excipit 59 c
Goffredus moritur 60 a
Goffredi facinora in gallia 60 b
Gualterius per pannoniam iter arripit 8 a
Gualterius Byzantiũ ingredit̃ 8 c
Graeci vertunt̃ in fugam a Goffredo
Graeci a Boamundo fugant̃ 19 b

H

Halipha rex aegiptius chriſtianis infenſus 11 a
Haſta qua Chriſtus traſfixus fuit reperitur 38 b
Hieruſalem nomina & ciuitatis preſtantia ſituſq; 51 b
Hieruſalem obſidetur 52 a
Hieruſalem oppugnantur 54 a
Hieruſalem a Goffredo capitur viſo equite quodam 55 b
Hunni Germanos fugant pariterq; Gallos 15 c

I

Ingrati & immemores cõmunis vtilitatis 1 b
Iniuria illata ciuibus Nizae a Chriſtianis 9 b
Inſidiae imperatoris Graeci contra Goffredum 17 d
Inſidiae imperatoris aduerſus Boamundum 19 a
Inimicitia oritur inter Balduinum & tancredum 26 a
Inſidiae parantur a barbaris contra Balduinum 44 a
Iudaeae ſitus cum prouinciis & ciuitatibus 49 a
Iudaeae Regnum amittitur 63 b

L

Legati a rege aegyptio 32 c
Legati chriſtianorũ imperatori Graeco 42 b
Legatus pontificis moritur 43 a
Legati aegyptii regis 47 d
Legatus pontificis viſus inter primos Hieruſalem ingredi 55 c

M

Maumetti origo atq; peritia 2 c
Malũ fit diuturnitate robuſtius. 3. b.
Mara vrbs capitur 45 c
Magae quaedam in maenib⁹ Hieruſalẽ a machina interficiunt̃. 55. a
Mala villa oppidum expugnat̃ 8 c
Milites peni heremitae ſub niza fugantur 10 a
Militum pars a Solimano trucidatur 12 d
Muſerus fratrẽ occidit antiochiãq; dat chriſtianis 35 b

N

Nicitra Belgrauis princeps auffugit. 8 d

Nizæ ciuitatis ſitus 9 a
Nicenſis præſul legat⁹ decernit. 7. b
Niceæ ciuitatis deſcriptio & obſeſſio 19 d
Naues varcii generis plauſtris imponuntur 22 d
Niceni dedunt ſe chriſtianis 23 d
Numerus militũ chriſtianoꝝ 19 d

O

Oratio pontificus aduocato concilio 5 a
Oratio Boamundi ad milites 14 d
Oratio Solimani ad milites barbaros 20 c
Oratio Goffredi pro obſidenda antiochia 29 a
Orontes mons 30 c
Oratio Goffredi ad militem ſub antiochia 33 c
Oratio legati ad chriſtianos in Antiochia obſeſſos 38 d
Oratio Corbagi ad parſas ſub Antiochia 40 c
Orteſia vrbs capitur 47 b
Oratores imperatoris gręci 48 a
Oratio Principis Flandriæ pro creando Rege Hieruſalem 56 b

P

Pax conficitur licet ſimulata inter tancredum & Balduinum 26 a
Prælium inter Balduinum & tancredum 26 a
Prælium ſub Nicea 22 a
Prælium ſub Antiochia 34 b
Petrus Heremita vir innocens 3 d
Pontifex cogit cardinales 4 b
Petri excellẽs modus in cõcilio. 4. d
Petrus heremita imperatori admirabilis viſus 10 c
Perſarum aduentus Aegyptiis formidoloſus 11 a
Principes chriſtianorum i verba imperatoris Græci iurant 18 d
Principes qui militia vouerunt pro ſepulchro recuperando 7 b
Pugnatur totis vicibus ſub Antiochia 41 a
Pugna leuis ſub Hieruſalẽ propter cõmeatum 52 d
Prudentis eſt giuſtitiam proſpicere 7 a
Pontifex Gręco imperatori nuntiat bellũ decretũ cõtra barbaros. 7. d
Pugna atrox inter ſolimanũ & chriſtianos 12 b
Pugnatur totis vicibus cum Aegyptiis 58 d

R

Reges ciuitas iuxta Eufraten fluuium a chriſtianis occupat̃ 27 b
Rages a Corbago obſidetur 36 d
Rex ægyptius a Saladino interficitur 63 b
Romanum imperium ſub Herachio labi cæpit 2 c
Romanũ imperium ſciſſum in duas partes 3 b
Roboas princeps perſa 43 a

S

Saladinus perẽpto Rege ægyptio facit ſe regem 63 a
Siracon Damaſchi dñs 63 a
Serorges ciuitas obſidietur 27 d
Serines ciuitas paciſcitur 28 a
Solimani verba ad ſuos de virtute Chriſtianorum 24 c

Solimanus Bythiniæ Domi-
nus 11 b
Solimanus inſidias parat Chriſtia-
nis 12 a
Sergius Heriſis damnatus Maumet
ti comes 3 a

T

Tarſus ciuitas capitur 25 c
Templum Hieruſalem purga-
tur 55 d
Tancredi præſtantia ac vir-
tus 46 a
Tyrus vrbs 49 a

V

Verba Goffredi Regis ad mili-
tes 58 c
Vaſculum ex lapide Smaragdo ge-
nuenſibus datum 61 a
Vgo gallorum Regis frater ab im-
peratore Græco capitur 16 a
Vgo Regis frater in galliam profici
ſcitur 42 d
Vita cur morti anteferenda 1 a
Virtus homines diuos facit 1 a
Votum multorum pro recuperanda
Iudæa 7 a
Vxor Solimani vna cum filiis capi-
tur ſub Antiochia. 23. c.

FINIS.

AD CLARISSIMVM ET PRAESTANTISSIMVM VIRVM PETRVM MEDICEM PREFATIO.

A SAEPE Mecum animo repetens q̄
pauci ex inumera hominum prole:
quos hactenus omnis tulit ętas: in
his artibus prçſtitere: quç libero di/
gnæ exiſtimantur: ad quas inſtituit
nos natura: effecitq́; vt per eas á bru
tis differemus. dolere mirariq́; com/
pellor: q maximis premiis in virtu/
te propoſitis: quæ imortales diuoſq́;
faciūt homines: cuncti pene vanas
libidines p̄tulerūt: quodq́; ex paucis
etiam illis/ qui ſupra modum excel
luerūt: ita plærūq; memoria excidēte: vt vel ſint prorſus obſcuri: vel
præter nominis claritatē fama hominum conſeruatam/ vita: mo/
res: geſta eorum pené omnia ignorētur. Nam quis ferat æquo ani/
mo bonus/ vel humanitatis non expers: tot prçſtātium hominū
geſta/ exemplo vtilia/ laudibus celebranda: ob q̄ illi ſe immortales
factos arbitrabuntur: penitus deperiſſe. ac ſpem eorum fuiſſe ina/
nem: quæ cauſa fuit, vt in periculis & laboribus inter omnes diffi
cultates corpus, & animum exercerent: vtq́; reſpuerent omnes vo/
luptates, aſpernarentur oculis pulchritudinem rerum: non odore/
non tactu/ non ſapore caperentur. mortem deniq́; vitæ ipſi ob ſo/
lam virtutem anteferrent: ad quam nemo ſe offerret ſapiens; niſi
ſpe premii amplioris: quo nullum maius apud mortales q̄ verā
gloriā veteres putauerunt. licuit enim ſummis viris ocio frui, blan

B dimentis naturę inherere,niſi quoſdam diuina felicitas:omnes fe
rè gloria commouiſſet hi enim quoq;(vt ait orator)qui gloriã cõ
temnendam litteris tradiderunt:in eiſdem libris nomen ſuũ aſcri
pſere,laudis certe appetentes:quam ſi pleriq; contempſerunt viri
boni & ſapiẽtes:tanto etiam digniores fuerunt,qui illam aſſeque
rentur.Boni enim gratiq; animi eſt officium,viros pręſtantes,qui
ſua virtute humano generi profuerunt,laudibus proſequi,memo
ria retinere,poſteritati conſecrare,allicere homines,vt mores eorũ
imitentur.Non enim ideo colitur deus, laudibus celebratur, quia
humana egeat gloria,ſed vt ſalutis rerũq; auctori debitus honos,
grata & memori mente perſoluatur.Itaq; ingrati mihi viſi ſunt,&
parum memores cõis vtilitatis, qui doctrina & eloquio præditi
res geſtas multorũ ſcribere neglexerunt, & ſuas ætates illuſtrare, q-
bus ſcribendi debebatur opus,ne pręſtantiũ hominum vacue pri-
ſus viderentur. Ideo nuper libros legens geſta eorum continẽtes,
qui chriſti ſepulchrum Iudeamq; oẽm recuparunt, inepte ſcriptos,
abſq; ornatu orationis,atq; ideo paucis notos, egre tuli eiuſmodi
C viros illis non impares, quorũ geſta priſci tradunt rerum ſcripto-
res,ita obſcuros factos eſſe,vt q̃ fuerint, quæ geſſerint, penè ab oĩ-
bus ignorentur,eoſq; ingratiſſimos cenſui, magni certe criminis
reos,qui doctrina eloquioq; præſtantes hanc hiſtoriam non ſcri-
pſere,illos obliti,qui pro tuenda religione,pro ſalute humani ge-
neris,pro ſola virtute dimicarunt,quorũ ſi extaret memoria,ſi vir-
tus eorum,laus,nomen per ora hominũ volitaret,& ſæpe in libris
legeretur,plurimi forſan cupidie laudis,vel pudore adducti,vel ob
ſpem cæleſtis felicitatis,ad eandem virtutem excitarẽtur,delerẽtq;
cõem labem,noſtra ætate maxĩe auctam, quod ſcilicet hoſtes chri
ſti religionis,non modo ſepulchrum eius tenent, ſed longe ac late
ſuum imperiũ extenderunt. Ergo haud ignarus maiore ingenio,
nobiliore doctrina,grauiori eloquio eſſe opus,q̃ quibus me prędi
tum ſentio,ſtatui tamen expiri,num has res geſtas ad lucem reſti-
tuere,ac vendicare ab interitu poſſem. Itaq; libris quatuor bellũ
geſtũ pro Iudea recuperanda ſum proſecutus,quos tuo nomini p̃-
ſtantiſſime Petre dedicaui.Nam ad quem alium q̃ ad te,aut patrẽ
tuum meos labores rectius deſtinarem, quos patriæ decus,maxi-
ma lumina noſtræ ætatis,vnicum penè doctis præſidium omnes
eſſe confitentur.Nec ſanè iniuria,nam vt à patre incipiam tuo,cu
ius virtutem imitaris,nil ei defuit vnquam,quod in ſummo pro-

tinus

A tinus viro ſapiens quiſq; deſideraret. Viget in eo ingẽs memoria, diuinum ĩgenium, atq; ita verſatile, vt ad omnia natus videatur: eloquentiã ſapientiæ, ac doctrinam addidit litterarum, priuatis in rebus libero quidẽ dignis homine, quæcunq; tandem ille fuerint, ſtudio incredibili, ſumma induſtria eſt verſatus, rem ſuam familiarem ita conſtituit, vt in maxima rerum copia, nulla honeſtior, elegantior, caſtior, aut ditior bonis exemplis vnq̃ fuerit. In omni vita grauitati comitatem, ſeueritati clementiã, auctoritati humanitatem copulauit, rem vero publicã ita geſſit belli & pacis temporibus, vt maiorum virtutẽ, & omnes alios noſtræ ætatis haud dubie ſuperarit. quis etiam digne vel exprimat verbis, vel recẽſeat litteris, eius modeſtiam, religionem, pietatem, magnificentiam, liberalitatem, qui non ob aliud opes quæſiuit, niſi vt multorũ inopiã ſubleuaret, conſtrueret templa in Dei honorem, & eius cultura oi
B ex parte amplificaret, amicis & Reip. cum expediret, opitularetur, has tu eximias viri virtutes magno ſtudio imitatus, dignum te parente filium omni ex parte oſtendiſti, in his maxime florens artibus, quæ laudem parere ſummam cõſueuerunt. Nam te quis melior, ſapientior, iuſtior, bonis amicior ĩuenitur, aut habetur? Quis pietate, religione, modeſtia, & in omni virtute præſtãtior? atq; ideo te incolumẽ, & longiſſimo æuo felicem boni omnes eſſe deſiderãt, vt poſtq̃ Coſmas quod naturæ debet exoluerit, tu patriã, amicos, & omnem hetruriam tuearis. Hos igitur libros Petre ad te miſſos non indigneris, & quę illi continent geſta magis q̃ meum ĩgeniũ intuere, quod ſi eos tibi videri non prorſus ineptos animaduertero, poſt hac audatius ad hiſtoriam excitabor.

BENEDICTI ARRETINI

DE BELLO A' CHRISTIANIS CONTRA BARBAROS GESTO PRO CHRISTI SEPVLCHRO ET IVDEA RECVPERANDIS LIBER PRIMVS

CVM Sub heraclio Cæſare Romanum imperium magna ex parte cõcidiſſet: exorta inſuper noua religio; clades, ac lues humani generis; ipſum pene in oriente ſubuertit: ea vero ſumpſit exordium ab arabe quodam Maumetto nomine: qui humili, & ſordido loco natus; maiora longe animo verſans: q̃ eius conditio flagitaret: cernenſq; nil reliqui ſibi eſſe ad amplitudinem atq; opes; auſus eſt prophetã ſe dicere á Deo miſſum: qui leges perennes nouiſſima ſacra mortalibus traderet. Nec acre ingenium illi defuit; nec peritia ſacrarum rerum: quam ex iudeis chriſtianiſq; hauſerat. Et q̃uis eſſet perditis moribus: tamen flagitia quadam arte occultabat. Quę ſi non nunq̃ emerſiſſent: ea in deum ac religionem vertés; facile barbaros ignaros rerum á vero noſcendo auertebat. Addens quoq; prodigiorum commenta ludibrium oculis atq; auribus: quo magis creſceret hominum fides: & ſuis geſtis legibuſq; maior ineſſet auctoritas. Neq; ignarus populos magis ad vitia; q̃ ad virtutem pronos eſſe: q; hęc voluptatẽ; virtus labores & aſpera multa illis ꝓponãt: eas inſtituit leges: quæ parũ graues videri poſſent: nec feré iuberent quicquã; q̃d explendę libidini

A libidini aduerſum eſſet. Sic enim credidit fore: vt multi chriſtianæ ſeueritatis pertæſi, poſt habita illam ſuã ſectam ſequerẽtur. Adiutũ quoq; barbarum ferũt á chriſtiano quodam Sergio nomine: qui damnatus hereſeos ab Italia profugus tãdem ſe illi comitem ſceleris addidit ſui. Nec improbæ ſpei euentus defuit. Nã Maumettus hiſce artibus regnum adeptus impigre vtens fortũæ munere nefariam hereſim longe lateq; diffudit. Quo tandem exempto humanis rebus, eiuſmodi malum diuturnitate factum robuſtius, continuo ſerpens Aſiam totam atq; Aphricam peruaſit cum magna clade chriſtianæ religionis: cuius præfecti dum ad inuicẽ diſſidẽt, dum factionibus certant, nec arrogantiæ ſtatuunt modum facile gẹ peſti latius viam aperuere. Inq; hac noua viuendi norma cum virtuti aut doctrinæ nullus honos nullum penitus premium eſſet (Nam vanitati religionis nil erat infeſtius q̃ virtus cognitioq; bonarum artium) ad luxum homines deſidiamq; conuerſi, ſtudium quodq; libero dignum abiecerunt, tanto auidius voluptates amplexi: quanto impenſius chriſtiana ſeueritas eos compreſſerat: ac velut ſi circes guſtaſſent dapes mente capti eneruatiq; animis, vitam ac mores mutarunt ſuos: & quaſi merſi profundis ĩ tenebris
B poſt longa tempora nec ſe attollere, nec lucem aſpicere potuerunt. Cumq; Romani Principes ſacris chriſtianis initiati eſſent: ideoq; tam impiæ rei aduerſarentur, atq; homines illi addicti, non æquo animo iis parerent: qui ſuam oderant religionem: tandem romanum imperium contempſerunt. Cuius debilitate iam pridem vires, ac demum ſciſſe in duas partes, cum græcus germanuſq; imperarent, nequaquam validẹ ad ſuperandos eos vel comprimendos fuerunt: preſertim quia quicquid ſuperfuit roboris ad ſuam perniciem verſum fuit. Nam poſt Carolum Magnum egregium principem: cui nouo exemplo ſummum imperium eſt delatum: Germani Cæſares penẽ omnes vel neglexerunt maiores curas, vel bella nefaria iuſtis atq; honeſtis prætulerunt. Romanos Põtifices, quos tueri debebant perſequentes. Qui vero imperitabant græcis, illis infenſi: qui cum dedecore ipſis principatum ademerant: cum non ſufficerent contra barbaros, perire omnia maluerũt cum magna labe ſui nõis: q̃ ab infeſtis atq; inuiſis auxilium petere, vel ſponte ablatum cõtra hoſtem cõem illud accipere. Itaq; ſucceſſu magno elati barbari multas prouincias occuparunt: neq; in hac mundi ruitie quicquã ſol vidit idignius, nil acerbius bonis oĩbus: q̃ capi

ab his Iudeam prouinciam, templa locaq; omnia profanari, per
C quæ verſatus Chriſtus fuerat, in quibus fecit prodigia maxia, ver/
bis edocuit veritatem, totq; infanda pro humana ſalute fuit paſ/
ſus, ſepulchrũ id nefarie pollui, qđ eius corpus humatũ texit, quo
nullus eſt auguſtior locus, nullũ in orbe fanũ ſáctius, Auxit quoq;
indignitatem rei barbarorũ ſeuitia, per quos in ea prouincia chri/
ſtianũ genus penè ad internitionẽ eſt redactum: ita oĩs crudelita/
tis, libidinis, & inhumanæ ſupbiæ in eiuſmodi homines editũ eſt
exemplũ. Et qui ſuperarunt ex cede homines, vel cõmigrarunt in
alias terras, vel qui remanſere in iiſdem locis, penè vt ſerui habebã
tur: oẽs verborũ rerũq; contumelias ferentes, nemo eos colloquio,
nemo aditu, nullus hoſpitio dignos putabat: nec aliqs de iniuria
conqueri, libere loqui, aut hiſcere audebat, oẽs egeni, afflicti, obſiti
ſqualore ac ſordibus vitam ducebant, ad ſolas erũnas reſeruatã
par erat prorſus eorũ conditio, qui amore in deum cõmoti ad ha/
bitandũ in hęc loca migrabant. nil tamẽ cunctis erat acerbius q̃
cernere impuros homines chriſtianos ritus palam eludere, ſolẽni
bus ſacris contẽptim ſe immiſcere, immani ferocia illa turbare, ſa/
cerdotes iniuria cõtumeliiſq; afficere, fana delubraq; polluere, aut
D euertere: nil ſanctum illis, nil improfanum relinquere, non deniq;
pati, vt more chriſtiano ſacra celebrarentur. Qui vero vndiq; con
fluebant, vt viſitatis templis adoratoq; numine domos repeterẽt,
licet placarent pecunia barbaros, qui tutum illis facerent iter,
darentq; aditũ ad ſacras ædes: tamen crebras iniurias tolerabant.
Cum in Iudea talis eſſet rerũ conditio, Gallus qdã genere, homo
ex vrbe Morina in belgis natus, cui Petrus erat nomen, heremita
dictus cognomine, q mente tota in deum verſus in ſolitudine vi
tam agebat, ſanctus & inocẽs à cunctis habitus: anno chriſtianę
ſalutis quarto & nonageſimo ſupra mille ad ſacrum ſepulchrũ ꝓ/
fectus eſt. Is magno ingenio, maiore animo præditus, q̃ q talibus
viris ineſſe ſolet, cum plures dies per ea loca verſatus eſſet, certior
factus q̃ crudeliter, q̃ auare chriſtianis imperaretur, q extrema per
oĩa vitam agerent, cernenſq; templa ipſa pollutis viris ad ſordes,
ad ſcelus, ludibriũq; patere, illorũ aditus peregrinis chriſtianis ve/
nales eſſe, vehementer ingemuit ferens egerrime tantã idignitatẽ,
arguenſq; chriſtianos principes, qui occupati vanis in rebus hãc
ſui temporis labem ferrent, quibus abunde ſuppeterent vires ad id
malum extinguendum. Ipſos enim belli arte, virtute militum, opi
bus

A bus atq; armis florere: hoſtes vero imbelles, pene etiã inermes eſſe nihilq; in bellis afferre, præter inconditam multitudinem, quam profugare nullum prorſus negocium eſſet. Eoq; maiore culpa noſtros vrgeri, qui prope certam victoriã negligant, in ea cã, qua nulla maior vel honeſtior eſſet, in qua deleta ignominia vetere, chriſtianis decus & ſalus pararetur. Hęc & ſimilia querens Petrus, tandem decreuit periculũ facere, num exhortando monendoq; pellicere poſſet Chriſtianos Principes, vt opus tam ſalubre aggrederẽtur. Egregium certe facinus auſus, vtq; ab initio videri poterat longe maius, q̃ quod ab eo pfici poſſet. Cui rẽ tantã exorſo nõ genus, non opes, non auctoritas, nec preſtans doctrina, vel vis eloquẽtiæ ſuffragium darent. Itaq; ſiquis reputet exitus rerũ, quæ huius opa ceptæ fuerunt, q̃ facile impulit multos mortales relicta patria, deſertis coniugibus liberiſq;, tam procul à domo bellum gerere, pericula maxima vltro ſubire, non mirabitur forſam vulgatæ tũ famæ habitã fidem, ꝙ hic Deo iubente negociũ cepit. Tradũt enim qdã ſcriptores, cũ nocte quadã orantẽ illũ altior ſomnus oppſſiſſet, viſum ſibi adeſſe virum humana ſpetie auguſtiorẽ, iubentẽ illi ne deficeret animo, ne cogitata exequi cunctaretur, Deum enim tã piæ rei non defuturũ, quærentiq; Petro quis nã is eſſet reſpõdiſſe illũ ſe

B Ieſum eẽ, q ſibi opẽ polliceretur. Hoc viſu lætus in Italiã nauigãs ad vrbẽ Romã profectus eſt, reptũq; ibi pontificẽ adiens, cãm ſui aduẽtus exponit, docet quę Ieroſolimis viderit, quas clades, quã ſeruitutẽ chriſtiani ferant, qui flerent quotidie, ac manus ad cælũ tenderent, tot erumnis finem orantes, dolerẽtq; reliquos oẽs chriſti cãm neglexiſſe, cuius religio tẽpla omnia per Syriam totam vel eſſent deleta, vel nimis fede praphanarentur, orat vt opem ferat afflictis rebus, & velut parens chriſtiani nominis moneat reliquos, vt vires preparent ad ſacram expeditionem, ſpectare nanq; ad eum pręcipue ſtudium tuẽdæ religionis, annitendiq; protinus, ne quid ea detrimẽti capiat, vel ſi eſt lapſa, vt reparetur, nec aliũ eſſe i terris locum, qui ea indignius careat, q̃ Iudeam prouinciam, quæ ipſi religioni exordiũ dedit, Chriſti veſtigiis illuſtrata: quam ſi neglexerunt priores Pontifices, tanto illius maius meritum, maiorem gloriam fore, qui primus adeo pium opus aſſumpſerit, qd enim ſpectare ad illum magis quam virtutis certamen? qui ſit prefectus humano generi, ad rectam vitam conſtituendam, qui eius tenet in terris vicẽ, à quo virtutes omnes prodierunt, quem parentẽ ho-

C mines vocent:q; caritate, ſapientia vitæ exemplis omnibus conſulat: omnes dirigat ad felicitatem. Id enim patris officiũ eſſe, quod ab eo boni efflagitent: vt opem ferens chriſtiano nomini veterem ignominiã deleat: neq; aliud eſſe quod gratius Deo, & cunctis hominibus poſſit facere: vel ex quo magis conſecret ſuum nomẽ memoriæ ſempiternæ. Quibus verbis Pontifex motus: vera enim dicebantur: rem totam ad Cardinales defert: & ea ſæpe ac multũ diſcuſſa, placuit nil intentatum relinquere: quo Iudea ex hoſtiũ manibus eriperetur. Ferunt quoq; ipſi pontifici facilius id ſuaſum eſſe: q; apud Germanos regens imperium illi hoſtis acerrimus erat: quo ve ipſum deprimeret magis: pontificem alterum creari effecerat nec deũ ipſum neq; homines veritus. Ideoq; putaſſe Vrbanũ (id enim Pontifici erat nomen) ſibi conducere: concire hoies adverſus barbaros, atq; illis bellum indicere: vt penes oẽs maiorem gratiã iniret: preſertim quia decreuerat Concilium cogere: in quo multi mortales futuri erant: quorũ iudicio probari ſe cupiens memorabile aliquid afferre in illo geſtiebat; ideoq; viſus eſt ſibi diuino munere oblatus Petrus: qui eum huius rei oportuno tempore ammonitũ fecerat. Ergo concilio palam indicto in Claromonte Galliæ vrbe ſuis edictis ad recuperandum ſepulcrum populus prouocat premia multa tũ diuina tum humana illis proponit mandat Petro & aliis plurimis. vt peragrantes occidentis prouincias omni ſtudio elicerent homines id bellũ ſuſcipere, ingentis gloriæ, maioris meriti futurũ: qui vbiq; profecti mirum in modũ profecere viris permultis in hanc ſententiã penitus tractis ſuas opes, aut operam pollicentibus. Sed incredibile dictu eſt: q̃ inter oẽs vnus Petrus enituit: cuius ab ore non arte diſpoſita, nec verbis ornata fluens oratio, ſed vultu, voce lachrimiſq; adiuta, & longe magis vitæ integritate: ob quam p̃ſentior aderat Deus in Italia prius, dein de trans alpes maxime mẽtes humanas cõmouit, arguens crebro ignauiam Principum: qui malo exemplo ad luxum homines, & inertiam traherẽt vanis illecebris capti ac deliniti: cũq; ſummo dedecore barbaros creſcere paterentur. Ergo erectis oĩum animis in curam ſtudiũq; futuri belli à Roma Pontifex mouens tranſmiſſis alpibus in galliam venit: inq; vrbe Aluerniæ Claromonte conſedit: vbi iam ante Concilium indictũ erat. Quem vbi adeſſe vulgatum fuit: quaſue ob cauſas tam lõgum iter eſſet emenſus ingẽs hoium copia eo ſe tranſtulit: quorum frequentia lætus Pontifex:

D

quia

A quia plures conuenerant factis & genere clari homines, nec non legati plurium principum: qui concilio non intererant: bonam ſpem animo cæpit, putans præclaro initio ſuis votis auſpicatum Deum: ſperanſq; illo propitio non ea tãdem irrita fore. neq; ipſum fefellit opinio: cuncta enim ex ſententia ſucceſſerunt. multaq; ab eo prudẽter, multa vtiliter pro ſtatu eccleſiæ ſunt conſtituta: inq; illos eſt ſeuere animaduerſum: q adheſerant falſo Pontifici: vel qui freti potentia legibus ſacris libidinem ſuam pręferebãt. Quibus perfectis tempus iam eſſe Pontifex ratus: in quo cepto iam operi pro Chriſti ſepulchro extremam manum imponeret: ſciſcitatus patrum ſententiam eorum ve, qui ex concilio erant exploratiſq; animis multorũ principum: vbi omnes ſentire idem animaduertit, rem dignã exiſtimans, quam per ſeipſum obiret. extra vrbem aduocata contione ita diſſeruit. Ex omnibus malis, quæ Chriſti Religio eſt perpeſſa: maximum id fuiſſe cenſeo: quum Mahometti exe crabiles ritus orbi terrarum irrepſerunt. Nam licet abipſo initio graues Chriſtiani tulerint clades, pręmente illos Cæſarũ ira: qui Deos colentes nouæ tum rei aduerſabantur: Quãuis
B exortæ à multis hereſes crebro eccleſiam lacerarint: necubi tamen eiuſmodi peſtes eam extinxere. Quinimmo poſt vincla & carceres, poſt cruciatus imanes inter ipſa pericula præualens tandem hec religio maior euaſit atq; illuſtrior. Plus. n. valuit bonorum virtus ad ſalutem, q̃ pœnæ formido ad ſupſtitionẽ. errores quoq; à noſtris inuenti veritati tandem ſuccubuerũt. Quibus reiectis, cum lux vera toto in orbe refulſiſſet: nec ea extingui vel minui poſſe videretur: anilis penè ſuperſtitio eam in Aphrica atq; in Aſia deleuit. hac vero pernitie quid vnq̃ fuit acerbius? quid luctuoſius bonis omnibus? quid humanæ ſaluti aduerſius? qd Chriſtiano nomini fedius? Quis dignus meror pro tantis malis hſi poteſt? tot nationes Chriſti morte redemptæ poſt agnitam veritatem illius numen abnegarunt: & tenebris obrutæ mente obtuſa ſuæ ſaluti aduerſantur: atq; hoc modo maxima pars humani generis perdita eſt. ò vanos prohis maiorum labores. ò fruſtra effuſum martyrum ſanguinem. ò miſerrimam hominum cladem. ò contumeliam non ferendam. Proh Deus omnipotens, ita ne pręſtant flagitia hominum? vt gentes innumeras tam lõgo tempore perire

C ſinas, vt tuum numen contemni, haberi ludibrio patiatis. atq;
vbi litabant veteres, ſacrilegia perpetrentur? excrucior ani-
mo conficior prę dolore, lacrymas miſerans fundo, eam in di
gnitatem mecum reputans: q̃ longe maior multo infeſtior vi-
deri poteſt ob Iudeæ calamitatem, quam hoſtes ea potiti mi-
rum in modum afflixere. Taceo nunc inumeras cedes noſtro-
rum factas, ſtupra in feminas; bonorum rapinam, ſeruitutem
multorum non recenſeo: quãuis hec omnia deflẽda, indigna,
plena dedecoris fuerint: quæ optimũ quenq; mouere debent
ab ijs penam repetere, qui hi flagitia perpetrãrũt. Illud vero
pręcipue queror, id in primis dolendum exiſtimo, nec vllo pa
cto à vobis ferendum: ꝙ ſcilicet barbari terrã occupent, Chri
ſti hoſpitio, natiuitate, doctrina, & ſanguine conſecratam: in
quæ eius religio exordium ſumpſit. Et templa dedicata illius
nomini vel ſunt euerſa, vel quæ ſupſunt prophanãtur. Quod
ſacrum Chriſti ſepulchrum ijdem hoſtes occupatum tenent,
inceſſant, polluunt, ſacra dum ſiunt eludẽtes. Quod ſacerdo-
tes Chriſtiani, alijue, quicunq; ſuperſunt: omnia probra, om-
nes iniurias patiuntur, eorũq; liberi poſt baptiſma receptum
D violenter iudaico more circunciduntur. quo ue maiora ecedat
iniuria, manans ab ijs eo ſcelere cruor ſacratæ aquæ admiſce-
tur: neq; aditus patet noſtris hominibus, qui vndiq; ad ipſum
ſepulchrum confluunt, niſi pecunia illum redimant. Dies cer-
te deficeret, ſi pergam exprimere, quæ impuri lattones nefan
da in Deos atq; homines commiſere: q̃ ſuperbe, q̃ crudeliter
noſtris impitent, q̃ inſolẽter patiẽtia veſtra, & uiribus ſuis abu
tantur. Quo in ſtatu miſerrimo prouincia illa ſit conſtituta, ſa
tis nunc ſit, pauca hæc retuliſſe: quo vos viri chriſtiani velut
à ſomno excitarem, doceremq; qua ignominia oneremini.
Quid enim eſt per immortalẽ Deum (Si modo ſapitis quicq̃,
ſi vlla religio eſt in vobis, ſi prorſus humanitatẽ non exuiſtis)
quod vobis debeat eſſe moleſtius, aut videri maioris dedeco
ris? q̃ ferre hanc fidei calamitatẽ. Duas ob res bella præcipue
ſuſcipi ſolent, vel ad propulſandam iniuriam, vel ob imperiũ
augendum: Iniuria uero quæ fuit maior q̃ ea ipſa: quam à bar
baris accepiſtis? Deus ueſter offenſus eſt, cuius nomen ſacra,
templaq; uiolarunt. Amiſiſtis Chriſtianos multos, qui conta-
gione infecti una cum illis inſaniere, Maior penè pars orbis

A chriſtiano nomini eſt erepta, quotidie hoſtium vires augen-
tur, vobis ipſi inſultant, veſtras uires contemnunt, uos illis pa
rere æquum cenſent, veſtras opes breui ſe perditum ire con-
fidunt, ueſtræ inertiæ illudentes. Quod ſi hæc parua uobis ui-
dentur, quæ recte magna? quæ bello digna uidebuntur? Si ſi-
mul hæc omnia uos non commouent, quod unquam honeſtū
commouebit? Si Chriſti deſeritis cauſam, quales chriſtiani cen
ſendi eſtis? illi nempe, quos litteræ ſacræ deteſtantur, qui licet
uerbis deum honorent, ab eo animum habent alienum. Si ue-
ſtrum aliqui gloriam cupiūt, uel imperij amplitudinem, quam
expectant maiorem occaſionem? Quid enim eſt glorioſius?
quid maiore dignum laude, q̄ pro religione tuenda, pro ſalu-
te humani generis bellum ſuſcipere? Quod imperium eſſet iu
ſtius? q̄ quod ab hoſtibus tam honeſte quereretur? Nam quæ
inter uos geritis bella dira, execrāda, charitati aduerſa cēſeri
debent. & qui ex illis gloriam quærunt, uehementer errant,
qm̄ illa ex recte factis, & in hominū genus claris meritis cōpa
ratur. Ergo filij mei: ſi uiri eſtis, ſi Chriſtū putatis Deū eſſe, ſi
animarū ſalutē habetis carā, ſi gloriæ ueræ uos cura exagitat,
B tandē aliqñ ad hoc opus præclarū animos ueſtros menteſq;
dirigite, ac Deo propitio aduerſus barbaros arma capite. Ni-
mis enim has cōtumelias toleraſtis, nimis iamdiu uanæ illece-
bræ uos deceperunt. Tēpus iam eſt non ultra torpere, non ul
tra in ocio delitijſq; uerſari. pro ueteribus malis piaculū Deo
ingēs offerre, amplecti uirtutē, luxū libidineſq; deſpicere. ex
illa n. ſalus & gloria, ex alijs uero mollities animi, ſtupor men
tis, egritudines corporis pariūtur. Supet aliqñ recta rō, ſucce-
dat ocio labor, inertiæ ſtudiū rectū, luxuriæ caſtitas, uoluptati
tēperātia, auaritię liberalitas, fortitudo imbecillitati, ſpei rerū
fragiliū cœleſtiū cogitatio. ut quę dilexiſtis, rōne cōtēnere, ſa
cietate abijcere uideamini. utq; uos eſſe chriſtianos non uerba
ſolū, ſed opera ipſa oſtendant. Quod ſi quos ueſtrū labor mili
tie, ingens piculū, difficultas uictorię terrēt, ij uelim ſe colligāt,
cōſiderētq; clariſſimos viros, qui nūc uſq; fuerūt, non ocio uel
deſidia, ſed labore, induſtria, ſtudio, fortitudine gloriā ſibi cō-
paraſſe, neq; aliter illā quæri, niſi quis uirtuti ſtudens p aſpera
quæq;, corpore animoq; inuictus euaſerit. Prēmia uero ea ſe-
qui, quibus maiora nulla omnino ēē poſſunt, ac ſatius eſſe ho-

C neſte mori, q̄ cum dedecore vitam agere: præſertim cum viri
præſtantes poſt mortē ipſam diuinitatis participes fiant. Quo
quid felicius humano generi poteſt accidere? an militię ſudor,
an mors; aut vulnera tam magno premio æquari debent?
Num decet pro illius cauſa pauidum eſſe, qui pro noſtra ſalu-
te non contumelias, non flagella, non deniq; mortem recuſa-
uit. Ille ſit vobis clarum exemplum: illius amor vos excitet: in
eius præſidio ſpem habete: qui vos pugnantes non deſeret:
nec vinci ab improbis patietur. Plurimos hic adeſſe video:
quorum maiores bellica laude claruerunt. hos imitandos pro-
ponant ſibi: horum res geſtas memoria repetant: eos putent
queri & ingemiſcere. Si qui ſunt, qui hanc recuſent expeditio
nem: q; ſcilicet tam ignaua progenies illis ſucceſſerit: quę ma-
lit in ocio domi torpere, q̄ ut decet uiros fortiter agere: & p-
inde nunc loquor, ac ſi grauiſſimum bellum inſtaret, ſi maxi-
me dubius foret euentus. cum ijs uobis res erit (ſicut accepi)
qui rem militarem penè ignorant. qui ſine ordine aliquo iner-
mes, inconditi pugnā ineunt: quibus non ratio ineſt, ſed quæ-
dam temeritas, ac libido: quorum corpora animoſq; licentia
D nimia, & luxus effeminarūt. Cum hoc equite cum hoc pedite
pugnaturi eſtis, hoſtium umbram non hoſtes habituri. Pro no
bis uero præclari duces, militū uirtus, & copia erunt: & quod
magis exiſtimo diuinus fauor: qui uobis aderit pie bellātibus:
hoſtes uero interimet. nec Syria ſolū imbellis regio impar erit
copijs noſtris: ſed q̄uis infidelium natio armis noſtrorum ſu-
peraretur. Nec illud parui exiſtimo: q; uobis Bizantium uſq;
tutum ac facile iter erit: q; ibi reſidens Princeps uires nobiſcū
iunget ſuas: cui iam pridem hoſtes timenti: qui ſibi magnū im-
perium ademerunt: graueſq; illi ad exitium imminent: ueſter
aduentus iocundus erit. Ergo par eſt, uos magno animo ad
bellum accingi: timorem (Si quem habetis) deponere, amiſ-
ſum decus armis repetere: quemq; ueſtrum ſpem uictorię ſibi
præponere, ac demum ad patriam felicem reditū. nec putare
iniquum eſſe: ut pro Chriſti religione domeſtici lares, liberi,
coniuges aliquo tēpore deſerantur. Sua enim ſententia (quæ
ſacris eſt litteris) illius gratia nemo eſt dignus: qui eiuſmodi
omnia in eum emori anteponit. Nec pro decore tm̄, ſed pro
ſalute hoc erit certamen. Si enim ut hactenus, ita deinceps

A cunctemini, nec reprimetis hoſtium uires: cum iis tãdem robu
ſtioribus factis, pro noſtris tuendis dimicare cõpellemur. Atq;
utinam falſus ſim uates; remedium ſerum perditis rebus affe-
remus. Prudentis uero eſt hominis non modo pręſens intue-
ri: ſed longe animo in futurum proſpicere: ut aduerſam fortu
nam uitare queat. Igitur eo uos animo aduerſus hoſtes profi-
ciſci uelim: quo fortiſſimi uiri pro patria, ꝑ domeſticis laribus,
pro coniugibus ac liberis: pro ſua ſalute pugnare cõſueuerũt.
Poſtq̃ dicendi finem fecit: approbantium murmur cõtionem
totam peruaſit, viciſſimq; admonentium: vt pontificis verba
velut emiſſa Dei oraculo in pectora ſua animos eorũ dirigę-
rent. Eodemq; die multi mortales militiam ſacram Deo noue
runt, crucis ſignum ſupra pectus veſtibus affigentes: quo no-
tius eſſet votum ſuum: quo ve tali exemplo alij traherentur.
Sequenti die coacto concilio, bellum pro liberanda Iudęa ma
gno aſſenſu decernitur. Et qui aderant Principes, aut legati
abſentium operam ſuam, aut opes promittunt. Datur nego-
tium religioſis multis, doctrina eloquioq; præſtantibus hortã-
di vbiq; Chriſtianos omnes: vt pium negocium exequantur.
B Cumq; ob multa neceſſarium videretur diligere aliquem, qui
Põtificis nomine tot exercitibus præeſſet: aſſentientibus cũ-
ctis, Nicienſis præſul ei muneri præficitur: qui prudentia, & vi
tæ integritate longe alios anteibat. Is libenter ſuſcepto nego-
cio: eos qui genere opibuſq; præſtabant, partim verbis par-
tim litteris monuit: vt quod ſupereſſet hiberni temporis in co
pijs contrahendis, parandiſq; ad belli vſum neceſſarijs rebus,
abſumerent: vt abſq; mora vere primo felici omine Bizantiũ
petant. Ad idem quoq; ſuis edictis reliquos omnes eſt horta-
tus. Igitur per totam hyemem: qui militiam uouerant, res ſuas
familiares componere, pecuniam ad ſumptus bellicos coge-
re, arma & equos parare: animum corpuſq; ad ferẽdos poſtea
tot labores exercere ceperũt. Vbi vero ꝓficiſcẽdi tẽpus pro-
pinquum fuit: conuenere in Gallia multi Principes: vt quod
optimum factu eſſet, conſultarent. Quorum nobiliores hi fue
runt Vgo cognomine magnus Philippi Galliæ regis frater.
Robertus Normandiæ prouinciæ dominus. Guilielmus ex
Britannia inſula maxime clarus ac domi potens. Stephanus
Carnutenſium & Bleſenſium Gallorum Princeps, Tholoſæ

C comes. Raymundus guarnerius Greſſis princeps. Baldoinus Fencalti dominus. Bimontes Aurengiæ imperans. Stephanus Albæ marchię regulus. Vgo vrbis diui Pauli dominus Flādriam regēs. Goffredus Lotteringiæ princeps Euſtachij filius, qui Bononiæ, quæ in Gallia eſt, imperiū tenuit. vir bellica laude non ſolum ætate ſua cæteris præſtans, ſed inter priſcos heroas numerandus, quorum res geſtas tot clari ſcriptores tradiderunt. De quo vberius alio loco dicendum erit. Venere cū eo Balduinus & Euſtachius fratres viri fortiſſimi, quorum virtus plurimum noſtris in bello profuit. Hi atq; alij, qui conſilio aderant, de ratione belli ſimul locuti multa prudenter prouiderunt. Et cum decreuiſſent veris initio iter incipere (ſicut legatus iam edixerat) veriti forſan ne interiecta longius mora trigeſceret impetus ardorq;, qui ab initio multos commouerat; vincente demum verecundiam metu, vel nimio ſtudio rei familiaris: quibus frequenter in ardius rebus ſuccumbit virtus. Optimum illis viſum eſt ducere vario tempore diuiſas cōpias. quas cum cernebant maximas fore, ne ſimul pergentes cōmeatus inopia præmerentur, & vt qui primi Byzantiū per-
D uenirent, alios ibi operirentur, vt inde cōmuni cōſilio integris viribus ad hoſtem contenderent. Miſerūtq; nuntios in omnis partes probante id legato pontificis, vt qui vbiq; coirent milites, idem obſeruarēt. Scripſerat quoq; Pōtifex byzantio principi, ſignificans ei decretum bellum, exhortanſq; illum, ne cōi cauſæ Chriſtianorū deeſſet: ac venientes exercitus cōmeatū hoſpitioq; iuuaret ſibi egregie opem laturos ad vim hoſtiū ꝓpulſandam. Qui benigne reſpondens, vires ſuas, & copiā rerum omniū eſt pollicitus. Hæc vulgata vbiq; reſponſio q̄ plures dubios confirmauit, atq; auxit cupidinem cunctis maturē ꝓficiſcendi, præſertim præſtātibus viris, quibus timētibus leuitatē Græcorū ſuſpecta fides imperatoris erat. ne ſcilicet noua conſilia voluens animo præſtare duceret, hoc tanto metu attonitos barbaros cogere tandem ad æquam pacem. q̄ tot armatos cum graui periculo, & ſuorū incōmodo intra ſuos fines recipere, quibus parendum potius q̄ imperandum eſſet, ne quoq; putaret, ſi noſtri viciſſent, eorum potētiam maxime illi timendam fore. quia nil æque, ac imperandi cupiditas homines claros tranſuerſos agit. Si autem victi cederent hoſtibus:

A tunc barbaros ei grauiores futuros elatos victoria, inſenſoſꝗ
illi, ꝙ pro ipſis delendis adſcitos ab eo Chriſtianos credent.
Igitur appetente iam vere dum cuncti ſe ad iter expediunt.
Gualterius quidam Equitanus inter ſuos admodũ clarus triũ
milium coacto exercitu equitum ſimul peditumꝗ omnium
primus cum ſuis mouit: Pannoniamꝗ ingreſſus iubente Cale
mano prouinciæ rege: quæ vſui ſibi ac ſocijs erant affatim ſu-
ſcipit, progreſſuſꝗ in fines regni ad orientem flectens, Sauum
fluuium cum ſuis traiecit ſuperiorem pannoniam ab alia diri-
mentem. Plæriꝗ autem de ſuo exercitu, qui tardius iter fece-
rant, cum citra flumen remanſiſſent, ab accolis regionis latro
cinio aſſuetis impedimentis, ac rebus omnibus exuti ſunt. Qui
ſecuti veſtigia prioris agminis nudi penè ad alios venientes
triſte ſpectaculum prębuerunt. Vulgataꝗ in caſtris iniuria tã-
tum iræ iniecit militibus, vt omnes propere ad vindicandum
ſocios eundum clamarent. Temerarium id ratus Gualterius
eo ſcilicet regredi quo Rex excitus ſuorum periculo facile ip-
ſos poſſet opprimere, numero, uiribus, locorum peritia pãno-
nijs impares, vel iter illis vndiꝗ claudere. Cunctos tandẽ de-
B mõſtratis periculis ab eo propoſito auertit. Indignũ quoꝗ vi
deri putans ꝙ vires paratas aduerſus barbaros ad pnitiẽ chri
ſtianorũ conuerteret. Itaꝗ cõtinuato itinere ad vrbẽ Belgra
uem copias ducit, Taururũ à veteribus dictã: cuius Princeps
cõmeatu negato eũ à finibus ſnis abire iuſſit. Quare indigna
plurimi pturbati abſꝗ ducis impio paſſim pagros prædatũ di
ſcurrunt: quos incõpoſitos oppidani adorti, cęſis plęriſꝗ, in fu
gã vertere, ac multos abditos in agreſtũ caſis ad quas ex fuga
ſe cõtulerãt, igne iniecto cremauerũt. Auditus fugiẽtiũ & inſe
quentium clamor, uiſuſꝗ ſimul tot hominũ curſu ſublatus pul
uis ducem à caſtris cum ſuis exciuit. qui ſecum ducens expedi-
tas cohortes, non multum progreſſus fugientibus gallis ob-
uius fuit: redactiſꝗ illis ad integrã aciem feroces victoria in-
uadit hoſtes, fuſoſꝗ leui certamine vſꝗ ad urbem eſt perſe-
cutus, multis in prælio & fuga occiſis. Deinde maiorem tu-
multum timens, tantiſper moratus, dum quies datur feſſis
militibus, & cuncti ſe ad iter præparant, cum exercitu mo-
uens celeriter longe ab vrbe abijt, non prius quieſcens quam
ad vrbem, Tum ſtralicem nomine fuit ventum. Ibi refectus

C cōmeatu abunde, benigneꝗ vbiꝗ receptus Bizantium vſꝗ
traduxit copias: & vrbem ingreſſus cum comitibus paucis
(Nam ita iuſſerat Imperator) illi congrediens cuius eſſet ex-
ponit, & quam ob cauſam tam longum iter emenſus eſſet: ꝗ
ve innumera multitudo vel iam à domo mouerit, vel compa-
rat ſe ad profiſcendum. Venire præterea Petrum ait heremi-
tam cognomine cum magna manu præſtantiū hominum, qui
parum poſt eum cum ſuis mouerit. Lætus Alexius (id princi-
pi erat nomen) Gualterium vidit, audiuitꝗ: ac datis illi extra
vrbem locis, in quibus cum ſuis moraretur: iubet his cibaria
vendi, alia ve quæcunꝗ cuperent. At Petrus, qui maximo ſtu
dio ex diuerſis prouincijs multos collegerat, numero militum
quadraginta, vt velut ſocij vna ſecum in Aſiam pergerent:
Cum illis omnibus per Vngariam tranſiens, tādem ad ea ve-
nit loca, in quibus Gualterij ſocij cladem acceperant: quæ vbi
militibus nota fuit, cum ſatis conſtaret multos ex oppido ma-
lauilla dicto eius facinoris auctores fuiſſe: omnes cōfeſtim ar-
reptis armis ad oppidum oppugnandum ire pergunt (id im-
probante vehementer Petro, rogāteꝗ illos ne ſuo admiſſo
D venturis copijs tranſitum claudant: Nam haud dubie creden
dum eſſe prouinciæ Regem ea iniuria irritatum reliquis viam
negaturum) & cum ad illud perueniſſent corona circundatū
ſumma vi tandem expugnant: repertoſꝗ ibi præter infantes
ac fœminas oēs interimunt: centum ferme ſuorum in ipſo di-
ſcrimine pugnæ amiſſis: tantum ira crudelis miſericordiaꝗ ſo
ciorum, qui verberati & ſpoliati fuerant, exceſſit modum. Id
facinus atrox nuntiatū Calemano (q̄q̄ mitis & clemēs erat)
ita ipſum commouit: vt mox iuberet exercitum contrahi, quo
cladē acceptam vlciſceretur. Quod vbi reſcitum eſt in caſtris:
cuncti celeriter contractis nauigijs, quæ circa ripas fluminis
erant, impedimenta tranſaquam mittunt. ipſi flumen pertrā-
ſeunt: nec intermiſſo itinere ad vrbem Belgrauem peruene-
re ab oppidanis deſertam. quorū princeps (Nicirra nomine)
poſt auditam in eos vindictam, qui priores malo affecerant:
conſcius ſibi grauius illos à ſuis læſos, diffidenſꝗ mœnibus vr-
bis in plano ſitæ, nec ſatis munitę aduerſus hoſtes, ciuibus iuſ
ſit, vt ſecum vna cum ſuis rebus: quæ ferri, agiꝗ poterant, ad
tutum locū refugerent. Itaꝗ omnes vno agmine ad alia loca
cōmigrarunt.

A cõmigrarunt. Vacuam vrbem ingreſſi milites, vt ſi quid remanſerat prędę, abraderent. Vicinoſq; vrbi ſcrutati vicos diẽ vnum abſumpſere. Abeũtes deinde octauis caſtris ad vrbem Nizam profecti ſunt, feſſiq; ac debiles pro inopia rerum, quæ illos euntes per loca inculta maior in dies exceperat. Ea ciuitas natura loci, & opere muniti ſſima fuit, abundans maxime ciuium numero, qui militaribus artibus animorum, & corpoꝝ robore præſtare cæteris in ea prouincia putabãtur. Pons erat lapideus duo milia paſſuum ab vrbe diſtans, amni ſuperimpoſitus, qui agrum vrbi propinquum ſecans, velut ſinum in medio relinquebat, per eum põtem traductæ copiæ, quod plani erat inter flumen & vrbem compleuere. Miſſiſq; ad oppidanos nõnullis, qui neceſſaria pro militibus peterent. reſponſum accipiunt eorum illis copiam fore, ſi ab iniuria & maleficio tẽperent, inq; fidei pignus quoſdam ipſis traderent obſides. ea cum placeret conditio (Nam ad extremũ inopiæ venerant) petitos obſides in vrbem tranſmittunt. Continuoq; vis ingẽs omnium rerum pro vſu militum in caſtris defertur. quibus refecti, cibarijs emptis dierum aliquot poſtera die cum primum

B illuxit, à Niza diſcedunt. Quidam vero Germani equites, qui adiunctis peditibus numerum ferme centum explebant, cum vltimi de induſtria remanſiſſent, vt ſcelus cõceptum exequerentur, poſtq̃ viderunt longius iam prægreſſos reliquos, piſtrina ſeptem prope ipſum pontem & vicum vnum incenderunt. Id vero in vrbe mox vulgatũ populũ totũ ad arma excitauit, egre ferentẽ ab ijs manaſſe talẽ iniuriã, quos fame abſumptos velut à fame vendicaſſent. Igitur multi armati vrbem egreſſi rapto agmine in Germanos feruntur, inuentoſq; iam non procul à ſuis diſtantes omnes interimũt, nec eo contenti poſtremum exercitus inuadunt agmen, in quo pręter armatos ad modum paucos pueri & feminę cum impedimẽtis erãt. Neq; enim exercitus ille, in quo non erat certum imperium militari more incedebat, eaq; ratio negligentiam auxerat, ꝙ pacatum ſe iter habituros credebant. Igitur nacti imbellẽ turbam numerum magnum eorũ concidunt, & ne à reliquis poſſent opprimi, carris iumentiſq; multis præ ſe actis onuſtis prędà, vnde venerant, redeunt captiuos multos vna ducentes. Hac re tam triſti ad Petrum delata, idem celeriter miſit nun-

C tios, qui ante prægreſſos reuocarent, qui redeuntes ſimul cum reliquis ad ſtragem videndam ſuorum profecti, cum tot occi-ſos repperiſſent, quiſq; ipſorum vehementer flere, rem prorſus nefariam eſſe dicere, tantam perfidiam execrari, vlciſcendum id ſcelus palam fremere. Supplices manus ad cœlum tendere deum vindicē inuocans, cujus militiam aſſumpſiſſet. Deinde luctu tandem ſedato reuerſi omnes vſq; ad pontem miſere nuncios oppidanis, qui res repeterent, captoſq; homines, & de cęde ſuorum querærentur, φ ſcilicet exceptos hoſpitio abſq; injuria diſcedētes pro hoſtibus habuerint, nec ætati parcentes nec ſexui, viciſſe illos cunctos perfidia, & ſeuitia barbaros, iura diuina humanaq; temeraſſe, dediſſe ſatis manifeſtum inditium ſe illos maxime odio ꝑſequi, qui pro chriſtiano decore niterentur, ac pro barbaris bellum gerere, ad quos opprimendos illi pergerent. Reſponſum eſt ab vrbis principibus æquum eſſe homines, qui titulos claros pręſeferrent, æquales illis mores habere, ne cum operibus pugnet oratio. Nā quid turpius aut grauius eſſe? quid bonis infeſtius? q̄ ſub ſpecie boni ſcelus conficere, benemeritiſq; ingrato animo detrimētum fa-

D cere, eiuſmodi vero iſtos fuiſſe qui ſe Chriſti milites prędicēt; quos receptos ab eis, commeatu adiutos, tam ingratos fuiſſe, immemores adeo talis meriti, vt cum non poſſent ſeuire in homines, priſtina, & vicos circa vrbem incenderint. Ergo incommodi ſui penes eoſdem culpam eſſe, qui initium introduxerūt (populum enim ardentem ira contineri nequiſſe, quin hanc iniuriam vlciſceretur) & quæ in ipſa pugna quęſiuerit, iure illi parta videri, nec ea redditurus. Cum hoc reſponſo dimiſſi nūtij ad ſuos redeunt, quos iratos ſuo facinore ſuis verbis magis accendunt. Petrus vero, & alij principes moram magis q̄ bellum timentes, ſimulq; inopiam rerum, quam futuram tum cernebant, priuſq̄ vrbem expugnaſſent, ſitu & armis permunitā, quam vis concordiam bello anteponebant. Itaq; eam tentandam rurſus rati, quoſdam deligunt claros viros, qui vt redimerent claros viros, ac prædam, cum oppidanis pacem componerēt. Id autem multi velut ignauū aſpernati, quos cæſorū affinitas vel amicitia ſtimulabat, cœperāt arma, vt oppidanos inuaderent. Quod præſentiēs Petrus, palam edici cunctis iuſſit ſuo ac principū nomine, vt pacem turbantibus nemo pro-

A tinus auxilium ferret: ea re, qui vim parabant nil admodum
territi, circiter mille ſimul pedites equiteſq; tranſgreſſi pontẽ,
propè vrbem iuere, non ſecus inſtructi, q̃ ſi cum hoſtibus dimi
candum foret. Quorum aduentu ciues perculſi, partim arma
ti muros complent, partim expectant idoneum tempus, quo
hoſtem adoriantur, quem vbi ad eſſe intellexerunt, ac circum
mœnia increpantem obſtrepere, multi ex illis duabus portis
eruptione facta dextra leuaq; in eum ferũtur, qui licet impetu
primo parumper ceſſerit, ob eos qui ab acie prima ſolutis ordi
nibus in ſecundam refugerant. tandem compoſitus refectuſq;
animo, magna vi prælium excipit. Cũq; per integram horam
pari marte eſſet pugnatũ oppidani ſpe ſua fruſtrati, qui hoſtes
primo impetu fuſos crediderãt, labore vulneribuſq; confecti
pedem retulere, quibus noſtri inſtãtes terga dare illos coege
rãt. Qui vero intus remãſerãt ſuorũ periculũ cõſpicati, labora
tibus illis auxiliũ mittunt, reintegrataq; pugna, qui erãt victo
res, profligantur, & parte dimidia ex illis cæſa, reliqui fuga põ
tem petebant, temeritatis pœnam ferentes. Multi autem ex
toto exercitu nefarium rati in tanto diſcrimine illis deeſſe Pe
B tri ac principum ſpreto imperio, vadunt & ipſi aduerſus ho
ſtes. eorũ primi qui gradu citato ad pugnam venerant cum fu
gientes nec vi nec precibus retinere poſſent, ſatis exterriti
vix tentato certamine terga vertunt. Quorum fuga trepida
tioq; tantum pauorem iniecit reliquis, vt vltra tendere aut
hoſtem reprimere auderet nemo, tãtum priorum ignauia mi
lites alios exangues reddiderat. Itaq; fuſi omnes cum refuge
rent ad integras copias, eas quoq; cõſilij inopes cedere retro
impulerũt. quos per aliquod ſpatium proſecuti hoſtes magna
edita cæde læti ad vrbem rediere nequaq̃ longius progredi
auſi, ne pauci à multis opprimerẽtur. Hoc accepto incõmodo
meſtus exercitus inde abijt, decem milibus ferme ſuorum, &
duobus curruum milibus cum impedimentis amiſſis. Cumq;
per dies tres in ipſo itinere vix anxie cibaria reperiſſent ob
famam ab eis geſtarum rerum, deſperatioq; ac meſtitia in om
nium vultu emineret, venere tandem imperatoris nuncij, re
prehenſiſq; illis, q̀ more hoſtili tumultus excitaſſent, nec mo
dum nec modeſtiam obſeruantes. edicunt palam principis no
mine, vt necubi niſi quies neceſſaria inſtet commorentur,

C Ab iniuria & maleficio temperent, ipſos vero daturos operã nequam inopiam patiantur. Nec talibus dictis abfuit fides, pergentes enim cum exercitu nuncij nequid illis deeſſet prouiderunt. Poſtq̃ Byzantium ventum eſt, Græcum principem adiens Petrus eum, & alios qui ſecum erant in admirationem conuertit naturali facundia, conſilio, magnitudine animi præſtare viſus, cui etiam inerat comitas, quæ à grauitate non abeſſet. Accedebat præterea ſanctitatis opinio, quod ue fama vulgatum erat, hũc belli ſuſcepti pręcipuum ſuaſorem fuiſſe. Per ea principi admodum gratus, benignum eum in ſuos fecit. Paucorum dierum quiete ſumpta, qua refici potuit labore vix confectus miles, placuit cunctis mare traijcere: quo minus oneri eſſent græcis, cõmodiuſq; in litore maris alios expectarent. Ideoq; iuſſu Imperatoris cõtractis nauigijs omnes fretũ tranſgreſſi Gualterio comite vna cum ſuis in Bithynniã tranſierũt. pętergreſſiq; Nicomediam prope mare haud lõge ab vrbe Nicea caſtra locant, munitiſq; illis quia hoſtibus propinqua erant, decreuerunt non prius diſcedere, q̃ maiores exercitus peruenissent. Iiſdem magnopere Impator ſuaſerat non prius quicq̃ moliri in hoſtes, q̃ reliquis copijs iũcti eſſent, veritus ne
D incondita turba nullius parens imperio à barbaris, quorum vires erant magnæ, opprimerentur. Hoc in loco paulo altius repetendum duxi, qualis tum eſſet Aſię ſtatus, quod ue hominũ genus ei magna ex parte dominaretur. Imperante Græciæ Diogene quodam, cuius poteſtas in Aſia quoq; magna erat, perſarũ Rex Beſphe th nomine, cui Aſſyrij, Medi, multiq; alię nationes parebãt, cum exercitu maximo fines regni egreſſus pleraſq; prouincias vi aut metu ſibi ſubegit, Cũq; verſus Gręciam tenderet, cuncta belli clade inuoluens, ratus Diogenes minime vltra cunctandum eſſe, collecto exercitu ad hoſtem perrexit, virtute militum ac numero impar, cõmiſſo quoq; temere prælio ſuperatur cum cęde ingenti ſuorum militum, captuſq; ipſe in huius Regis peruenit manus, quem contumelijs multis affectum Rex ita demum ludibrio habuit, vt aſcenſurus in equum arrogantia barbara pedem ſiniſtrum ſuper eius reſupina ceruice imponeret. Poſtea vero dimiſſus Diogenes Byzãtium rediens à ſuis capitur, effoſſiſq; oculis, & abrogato Imperio miſera illi vita relinquitur, indignantibus cunctis tot

A milia hominum ei parere, quem tanto dedecore barbari affe-
ciſſent. Perſæ autem poſt partam victoriam ſecunda vſi fortu
na Celeſyriam, Ciliciam, Pamphiliam, Liciam, Capadociam,
Bithynniam, & magnam partem minoris Aſiæ ſubegerũt in-
fenſi valde Christiano nomini, ꝙ Maumeti lege dediti erant.
Itaq; multi necati ab his Christiani, captiui multi in Perſiã du
cti. Reliqui vero qui ſuperarũt, vel abiere in barbaros mores,
vel fidem ſeruãtes multa infanda paſſi ſunt. At vbi Rex diſce
dere ſtatuit, quoſdam reliquit cum parte exercitus, qui partũ
dominium tutarentur, cuiq; tradens certas prouincias quibus
præeſſet. Eiuſmodi cladis à perſis profectæ q̃q̃ iudea expers
fuerat, par tamen ferè immanitas christianos homines ibi pre
mebat. Siquidem Rex Aegyptius Halifa nomine, Maumeti
perfidiæ ſummus Pontifex ſub ſuo imperio eam tenens, maxi-
me oderat eos omnes, qui ſe christianos fatebantur. Nec vllũ
erat iniuriæ genus, quod hi creberrime non ſubirent, improbi
habiti, & à cũctis deſpecti. Nec ipſis ægyptijs perſarum aduẽ-
tus lætus fuerat eorum potentiam formidantibus. Proinde ab
ipſo initio haud egre tulerunt noſtrorum in Aſiam profectio-
B nẽ, vbi eos cum perſis bello implicitos accepere, rati pares vi-
res ſimul congreſſas, vel abſumpturas ſeinuicẽ, vel ſi qua par
tium victrix euaſerit, eam bello attenuatã minus finitimis for-
midabilem fore. Nec metus dumtaxat inuiſos perſas ægyptijs
fecerat: ſed religionis diſſenſio. quãuis enim eundem colerent
erroris principem, tamen in multis diuerſa opinabãtur. ea tũc
erat rerum cõditio per ipſam Aſiam, cum noſtri exercitus tra-
iecerũt. Tertiuſq; ab eo Diogene regnabat princeps, qui Ni-
chophorũ, cuius ipſe fuerat miniſter, priuatum imperio nexũ
tenebat. Bithynniam vero ac vicinas ꝓuincias regebat qui-
dam Solimanus nomine à rege auũculo illis præfectus. vir in-
ter ſuos plurimum preſtans, militarium duciſq; artium nequa-
quam expers. Is certior factus tot armatos in vnum coire, vt
terreſtri itinere Syriam peterent, nec hos aliunde q̃ per ſuam
prouinciam profecturos, exiſtimãs bellum ſibi haud dubie im
minere, coegerat vndiq; magnum exercitum, cuius pars maxi
ma equites erant, quo præparatus munituſq; vim impenden-
tem ſuſtineret. ſed redeo iam vnde fueram digreſſus. Ex ijs mi
litibus qui mare tranſiuerant, ac duos menſes in iiſdem locis

C quieti ſteterant, multi tandem infenſi ocio prædatum ire decreuerunt, rati ſe tuto peragros vicinos vagari poſſe, quod Solimanũ cum maioribus copijs adhuc ab eſſe audiebant. Igitur inuitis principibus multi milites caſtris egreſſi populabũdi per hoſtium agros diſcurrunt, ac nullo prorſus obſiſtere auſo, prę da ingenti potiuntur. quorum felix temeritas alijs animos cũ feciſſet, qui & ipſi non æquo animo quietem agebant, ſeptem milia peditum cum trecentis equitibus prędatum profecti Niceam vſque proceſſere, cum magna omnium, qua tranſibant, clade, direptiſque circa vrbem pagis atque incenſis præda ditati caſtra repetiuere. Tum vero reliqui velut furijs agitati, quo libitum erat, vagabantur. Quos inter tria milia peditum, qui ferè omnes germani erant, grauius opus aggrediuntur. vagati enim propè Niceam ſub ipſis montibus, qui eam circunſtant, oppidum obſedere non longe ab ipſa vrbe diſtans. Quod magno impetu expugnare adorti, quamuis enixe oppidani reſiſterent, demum cepere, omnibus penè, qui erant intus, gladio cæſis. captique regionis amenitate ibi venturas copias expectabant. Quod vbi Solimanus intellexit,
D iam enim non procul cum exercitu erat, vlciſci properans cladem acceptam, itineribus magnis ad eos contẽdit. Cuius aduentu Germani attoniti, qui præter ſpem in hoſtes inciderant, deficere animis, per vias oppidi velut amentes curſare, tumultuari adinuicẽ, modo ad defendẽdũ ſe accingere, modo fugam meditari. Cum vero ſubire muros viderunt hoſtem ac totis viribus oppidum aggredi, tum omnes trepidi muros cõſcendunt, animo ac viribus perſis impares. ne primum impetum ferentes vel cæſi ſunt in ipſis muris, vel ſe ex ipſis præcipitantes fugæ aut latebræ locum querebant. Quos perſequẽtes vndique hoſtes, qui iam intus irruperant, omnes ad vnum occiderunt, auulſa humeris capita ſupra pila geſtantes, tantũ ira ob detrimentum acceptum, & in chriſtianos inexplicabile odium præter ſeuitiam inſitam eos commouerat. Ea res delata in caſtris tumultum ingentem ac luctum fecit. Nam turba humilior irę ac doloris impatiẽs, ob indignum caſum ſuorum ſeditioſe inſtabat, vt abſque mora graues de hoſtibus ſumerent penas. At ſapiens quiſque periculoſum exiſtimans cum iis confligere, quorum numerus vireſque inexplicatæ adhuc eſ-

A ſent, ac tutius ratus in aliud tempus vltionem differre, quum
ſcilicet maiores Duces cum illis eſſent, quos iam aduentare fa-
ma erat, rem trahi ſuadebat. Sed cum nihilo ſegnius reliqui tē-
derent acres nacti ſeditionis duces, qui recuſantes pro cautis
timidos, procunctatoribus ſegnes arguebant. Nec procul à rixa
res abeſſet, tandem pars maior meliorem vicit, veritam quip-
pè ne talis diſſenſio grauius malum excitaret. Itaq; principes
ipſi dant reliquis manus, expeditionem in hoſtes confeſtim
præparant, præſidioq; in caſtris relicto cum inſtructo exercitu
Niceam petunt. Solimanus autem huiuſce rei certior factus,
ſic enim præmiſſi exploratores retulerant, putans proſpere
pugnę occaſionem dari, qua tranſiturum ſciebat hoſtem, cum
ſuis properat. Cumq; ad ſiluam veniſſet, quæ inter vrbem &
caſtra noſtrorum fermé in medio itineris erat, ibi equites in
inſidijs locat, monens ne prius hoſtes inuaderent, quam eius
nuncius id ipſum iubens ad eos veniſſet. Deinde cum alijs
retrocedens in patentibus campis poſuit caſtra, putans hos
maxime aptos ad pugnam fore, quòd equitatu præualebat. In-
terea noſtri non explorato itinere in ſiluis latentes cum prę-
B teriſſent, conſpecto procul hoſtium agmine ſe ad pugnam
expediunt, neq; ignari vim Perſarum in equitibus eſſe, in frō-
te cornibuſq; ſuum equitatum diſponunt, cuius latera ſagit-
tarij leuiſq; armaturæ pedites cingebant, ad id apte locati, vt
ſcilicet pugnantes hoſtes ab apertis lateribus ſagittis ac te-
lis inceſſerent, reliqui pedites in ſubſidijs poſiti. Barbari ve-
ro cum ſatis ante ſtruxiſſent aciem mille paſſus longe à ca-
ſtris in medium campum proceſſere non vltra tendentes,
vt hoſtes à ſiluis montibuſq; magis remotos ſuis copijs cir-
cundarent. Propinquantibus noſtris cum vtrinq; tubæ cor-
nuaq; cecinisſent, inter ſe acies clamore ſublato conflixere.
Summa vi pugnabant milites, & duces hortabantur. No-
ſtris facile ſuaſum erat non modo pro gloria, ſed pro ſalute
id eſſe certamen, quibus mare à tergo viam in Græciam clau-
deret, & in hoſtili ſolo nunſquam tutum refugium eſſet. Itaq;
decreuerant animo mortem potius honeſte appetere, quam
cum dedecore vitam aut libertatem amittere. Igitur licet
numero impares, vehementer annixi mouere loco hoſtium
aciem, quam vbi Solimanus vidit turbatam, ſubſidium ſuis

C laborantibus mittens, iubet equitibus, qui in cornibus erant, A vt his extenſis vndiq; hoſtes circundarent. Quod erat perfacile, cum longe numero præſtarent. Miſitq; ad equites nũtios, quos in ſiluis condiderat, vt terga hoſtium inuaderent. quorum acceptis à noſtris clamor impetuſq; maxime fregit eorũ animos, cum vix à fronte cornibuſq; pugnantes iam ſuſtinerent, & ſanè in multis non æqua erat chriſtianis pugna. Nam pauci multos habebãt hoſtes, & horum pars maxima ex eqs certabat. Nouo etiam prælij genere à noſtris incognito, cum magno agmine denſo in hoſtem ruerent, modo rari diſperſiq; nunc vno in loco nũc in alio dimicarent. graues armis chriſtianos eludentes. Accedebat præterea, q; in vaſta planitie vagãdi liberius poteſtatem habebant, noſtroſq; omni ex parte circundandi ac diſſipandi protinus pedites, quorum pars maior exercitus erat, qui haud parem cum ipſis in eo loco dimicatiõnẽ habebant. Ab vna item parte dux vnus erat, ac miles duci maxime fidẽs, ab altera nemo imperio precellebat. Qui vero nobilitate aut prudentia pollebant, munere ducum fungebantur. Ideoq; non ſatis illis parebant milites, nec ipſi plerũq; in

D idem conueniebant. Quæ res frequenter ingentium cladium B cauſa fuit. In tanta rerum iniquitate ſtetiſſet tamẽ noſtrorum acies, vel ſaltem diutius fuiſſet pugnatũ: ni hoſtis à tergo inuaſiſſet. Is demum impetus fudit eos præſertim cum ibi nullũ equeſtre præſidiũ eſſet. Igitur noſtri effuſa fuga varias partes petiere. plurimi enim per montes nemoraq; palati tutum latẽdi quærebant locũ. Multi vero ad ipſa caſtra refugiebant. Hos vndiq; hoſtes conſectati magnum eorum numerum conciderunt, caſtris quoq; ad extremum potiti. Cecidere de noſtris quindecim milia fermè hominum, ex barbaris vero ad duo milia. Non procul à caſtris in littore maris caſtellum erat iam diu ab incolis eius deſertum. in eo pedites multi ex fuga collecti ſe incluſere, tumultuarie illud munientes. Ad quos opprimendos cum barbari maturaſſent, neq; obſeſſi tuendi ſe ſpem, vel euadendi haberent, Petrus heremita, omnium que acciderãt, prorſus ignarus, quia Byzantium erat profectus, interim eius cladis admonitus, & quo in periculo ij eſſent, quos barbari obſidebant, principem adiens cum gemitu petijt, vt opem ferret miſeris illis, qua impendentibus malis eriperentur. His Imperator

A rator precibus motus miſit ad Perſas quoſdam homines, qui ſoluere obſidionem iuberent. Hi veriti ne re negata ipſum quoq; haberent hoſtem, relicto caſtello abierũt. Per hunc modum liberati chriſtiani vnà cum alijs, qui erant reliquiæ infelicis exercitus, Conſtantinopolim repetunt. Neq; enim tam pauci curam habebant tranſfretum moram. Inter hæc Sacerdos quidam Godeſcaus nomine Petri virtutẽ emulatus peragrata Germania, vnde illi origo erat monendo, exhortandoq; homines, vt ſacræ militiæ curam ſuſciperent, ingentem numerum armatorum coegerat. Cui Pannoniç fines ingreſſo iubet Calemanus cõmeatum dari, quos ſe ac ſuos alere poſſet, minime ſuſpicans magna ex parte finitimos aliquid noui molituros, ſed longe aliter ſibi euenit. Germani enim ad prædam verſi regij meriti parum memores paſſim vbiq; populabantur. Id præter ſpem regis cõmiſſum, & demum illi cognitum facinus impulit eum exercitum cogere, vt bello iniuriam perſequeretur. Has regis copias cũ Germani vidiſſent, haud dubie rati ad ſuam perniciem illas pergere, nullam cernentes niſi in armis dexteraq; ſalutem ſe ad prælium præparant. At

B regis Præfecti non ui ſed dolo agendum putantes, ne ſe fortunæ temeritati committerẽt, miſere nuntios qui Germanis referrent in eorum arbitrio eſſe, pacem an bellum cũ ipſis malint. Cõpertum enim regi eſſe, tuliſſe grauiter exercitus principes, ꝙ milites quidã prædas egiſſent, pluriſq; fieri ab eo illorum reſpectum q̃ multitudinis temeritatem, quæ ab huiuſcemodi malis arceri nequit, ac nihil aliud ipſum petere, q̃ vt poſitis armis amice (vt decet) rem cõponat. Id vero aliter fieri non poſſe, q̃ ſi regis arbitrio ſe permittant, ipſum enim, cũ ſit mitis, recte omnia compoſiturum, pœnam facinoris non quærentem, ſed ne ſui graui damno afficiantur. Et eos interim daturos operam, vt cõmeatum affatim habeant. Id vero conſilium non modo tutum ſed neceſſarium illis eſſe, quibus inuito rege, nec ad ſuos reditus, nec vltra pergẽtibus exitus pateat, manentibus vero in iiſdem locis exitium certũ ob rerum inopiam imminere. Igitur dum adeſt facultas debere ſibi eos proſpicere, ne malum conſiliũ pœnitentia ſera tandem ſequatur. Eiuſmodi verbis moti duces rem ad conſilium comitum deferunt, eaq; multum diſcuſſa tandem regi parere ſtatuunt, cum

C quia negantibus pericula certa proponebantur, tum etiam
quia verbis, & rei ab eſſe fraudem cenſebant, regis virtuti
maxime fiſſi, qui bonus, & prudens habebatur. Igitur fide ac-
cepta dataq; cum arma depoſuiſſent, ac paſſim p agros abſq;
metu vagarentur, dato ſigno regij milites eos adorti tantam
de illis fecere cedem, vt ex quinq; & viginti hominū milibus
(tot enim fuerunt) vix tria milia in tutum euaſerint, qui om-
nes in patriam ſuam rediere, hunc exitum habuit germano-
rum exercitus Codeſchai ſtudio induſtriaq; contractus. Poſt
hos multitudo ingens ex Gallis Germanisq; iter incepit, nul-
lum habens præcipuum ducem, licet multi homines clari cum
illa eſſent. Qui omnes Franchoniam Bauariamq; tranſgreſſi
ad Vngariam venientes ſeptum iter offendunt. Nam qua ea
regio ſpectat Germaniam, vbi non multum proceſſeris, ex la-
tere vno Danubius amnis, ex altero paludes immenſæ viam
anguſtam ad tranſeundum relinqunt. In ea vero arx magna
& munitiſſima erat, ex qua facile qui vis exercitus, ne vltra tē-
deret, impediebatur. Rex igitur vbi accepit tot ſimul copias
Pannoniam petere, ſibi ac ſuis metuens ob priorum facinora,
D & tandem Germanis illatam cladem, præmiſit magnum mi-
litum numerum, qui arcem, viamq; cuſtodirent. Ingens præ-
terea manus equitum peditumq; aquam tranſgreſſa, præru-
pta & arcta inſederat loca, per quæ ab illis eundū erat. Qui-
bus conſpectis, cū Galli Germaniq; conſtitiſſent, percontatū
miſere, num eis iter negaretur, quibus reſpondent regis præ-
fecti, regem priſtinis malis edoctum ſtatuiſſe, ne cui exercitui
per eius regnum aditus pateat. Itaq; ſi tranſire conentur, ſe
armis impedituros. Tali reſponſo accenſi omnes, eo quidam
ardentius, quo ſunt Gallorum ingenia, Germanorumq; ad
iram prona, confeſtim ſe ad pugnam expediunt, ferro viam
facturi, quando aliter nequirēt. Progreſſi ergo aduerſus Hun-
nos acerrime manus cum illis conſerunt, & cū pugnando, re-
fugiendoq; ſenſim patentiorem in locum traxiſſent eos, ma-
iore impetu pugnam cientes aduerſarios fundunt, fugantq;
multis ex eis interfectis. Deinde ſpatio aliquorum dierū pon-
tibus ſupra paludes factis, & ſcalis multis præparatis arcē ag-
grediuntur, tantumq; recens victoria eos extulerat, alijs vero
iniecerat metum, vt qui erant in arce breui ſpatio illam tutan-

A tes, tandem penè defenſionem deſererent. Aduerſarij vero ſcandentes muros ab imoque illos ſubruentes, iam planè victores viderentur, ſed breui momento quid in bellis poſſet fortuna, ſatis apparuit. Nam pondere armatorum pontes quidam ruentes, & ſcalę plurimæ ſimul confractæ ingentem hominum ſtragem fecerunt, ob quem ſubitum caſum, tantus terror omnes inuaſit, vt velut victi trans paludes refugerent. quorum pauore animaduerſo, exeuntes de arce regij multos ex illis peremerunt, plurimi quoque in paludibus merſi periere. Hoc accepto incommodo, & ſpe omiſſa iter incœptum proſequendi, Germaniæque domum, Italiam Galli petiere. Qui certiores facti multos ex Gallia in Apuliam tranſgredi, quo inde cum claſſe in Græciam tenderent, eo profecti ſocia illis iunxerunt arma. Quorum omnium duces erant legatus Pontificis Nicenſis pręſul, Vgo regis Francorum frater, & duo ſimul præſtantes viri, quorum alter Normandiæ prouinciæ, alter Flandriæ dominabatur. His quoque ſe addiderat comitem diui Egidij vrbis princeps, qui chriſtianam ſalutem quam ipſas opes potiorem ducens, patrimonia ſua venūdederat, quo expeditius, cumulatiuſque Chriſti obſequio inhæreret. Eo tempore B Boamundus Roberti Guiſcardi filius Tarenti, Apuliæque principatum habebat, aduerſus finitimos bellum gerens, cuius in hoc bello, quod ſcribimus, cū præclarū fuerit nomen, non ab re viſum eſt paucis tanti viri originem tradere. Huius parens Robertus nomine, Niccardi Normandiæ ducis filius fuit, fratremque habens maiorem natu, cui & more atque vſu maiorum paternum imperium debebatur, ſtatuit ſe obiectare periculis, vt gloriam ſibi, & opes compararet. Itaque in Apuliam pergens, quæ tum Roberto cuidam parebat cum finitimis bellum gerenti, miles ab eo eſt conductus. Cumque ingenio manuque rarę virtutis dediſſet ſpecimen, ipſi Roberto maxime carus eſt effectus, & ampliſſimis donatus donis. Tandē in Galliam ad ſuos redijt. Quem clarum factum videntes multi, audienteſque narrantem illum Apuliæ opes, magna cupidine capti ſunt eadem fortunam experiundi. Plurimi ergo viri nobiles Robertum ipſum ſecuti ducē qui iam maiora verſabat animo, in ipſam Apuliam tranſiere. Cūque regionis principi Robertus ipſe aduerſus hoſtes egregiam nauaſſet ope-

Cram, ac bella quædam feliciter confeciſſet, gener ab illo eſt adſcitus, cui orbato virili ſobole filia vnica erat ſuperſtes. Et eo demum vita functo. Robertus Guiſcardus principatū ſuſcepit, neq; contentus parto imperio vicinas prouincias armis perdomitas parere ſibi tādem coegit. Nactus deinde ſuo ingenio materiā parem, Græco Imperatori bellum intulit, cupidus maxime Siciliæ potiūdę, quæ freto anguſto à ſuis finibus diſtincta erat. eam tenebat Imperator iam dictus non multo ante ui atq; armis occupatam, quo poſt varios caſus egregie ſuperato, coactoq; deſerere inſulam, ipſe in ea regium nomen eſt adeptus. Nec minus pacis q̄ belli artibus præſtans, quęſitum regnum clementia, liberalitate, iuſtitia ſtabiliuit, malens carus eſſe q̄ metui, ac tutius putans virtute, amiciſq; munire imperium, q̄ terrore ſeuitiæ vel Satellitum copia, in quibus vanum eſſe præſidium multorū exitus oſtenderunt. Huic Roberto tandem defuncto poſt multas res tum bello tū pace præclare geſtas filij duo ſucceſſere, quorum alter Siciliam tenuit, alter Tarentum atq; Apuliam Boamundus nomine, qui (vt iam diximus) in aduentu Gallorum cum quibuſdam finitimis bellum gerebat. Is militaribus artibus, magnitudine animi, atq; ingenio patri perſimilis, vbi accepit pro re tam celebri tot viros claros Apuliam petere, quo inde Dirrachium applicarēt, aliquandiu quid ipſe ageret, incertus fuit, nam procul à domo transferre arma nōdum pacatis vicinis hoſtibus, periculoſum cēſebat. Illa quoq; ſuberat cura, q̄ credere ſe grę corum fidei, non ſatis tutum exiſtimabat, cum parens eius illorum principē Sicilia expuliſſet. Negligere vero fidei cauſam cernentem alios ad ea pronos flagitioſum, dedecoris plenum videbatur, præſertim in eo qui parentis virtutibus, ac ſimul ſuis tam clarus eſſet. Ea demum pręualuit ratio, ſuaſitq; illi honeſta vtilibus anteponere. Poſtq̄ ea ſententia ſtetit proficiſci omnino aduerſus barbaros, contione militū aduocata in hūc modum locutus fertur. Si apud eos habenda eſſet oratio, quibus militię labor, Martis pericula ignota eſſent, qui armis ociū gloriæ luxum anteferrent, vel apud viros minus forſan ſtudioſos mei, plurimis verbis nitendum foret, vt vos vna mecū ad opus pręclarum excitarē. Nunc vero vos tales viros intuenti mihi pauca verba facienda ſunt, Quis enim putet vobis mili-

A riam grauem eſſe?qui ſemper in illa verſati eſtis?Aut vos aciē ac tela horrere?qui fortiſſime dimicantes hoſtem frequenter ſuperaſtis,vel nunc abijcere gloriȩ ſtudium,pro qua paranda nullum diſcrimen recuſaſtis?Vel dignitatis oblitos meæ?quæ omnibus vobis vita ipſa carior fuit.Itaq; ſpe maxima teneor in re præclara,de qua nunc diſſeram,vos meis votis non defuturos.Cōuenere vndiq; multi mortales,quo armis redimāt Chriſti ſepulchrum,quod cum dedecore chriſtiani nominis barbari hoſtes occuparunt,Nec facile ratio iniri poſſet,quot millia hominum ad id bellum ſe accinxerint,quibus cōmunis religio,cupiditas gloriæ,animarum ſalus potior fuit,q̃ ea omnia,quæ cariſſima vulgo eſſe ſolent.& quod magis mirandum puto,multos ex eis eſſe ferūt penitus rudes militarium rerum ſub vmbra,& tectis viuere ſolitos.Hi arma inducere,caſtrenſes labores æquo animo ferre,inſuetis periculis vitam exponere non dubitarunt.quibus tanto illuſtrior accedet gloria,quanto maiore ſpe omnium animo pręclarū facinus auſi ſunt. Huiuſmodi copijs præfecti ſunt clariſſimi duces,quorū opes,nomenq; longe ac late inter chriſtianos patent.Nec eos ma-
B gnitudo periculi,viæ longinquitas,propoſitus labor,patriæ charitas,liberiq; ab inſtituto reuocarēt,ſed vt fortiſſimos decet viros,putant hijs omnibus chriſtianum ſalutem eſſe præferēdam,ac ſatius fore cum magna gloria mortem oppetere,q̃ in hac luce cum ignominia,dedecoreq; verſari. Ex his pleriq; ad hanc prouinciam iter tendunt,claſſe in Græciam traiecturi,quorum exemplo inprimis motus meam ac veſtram doleo vicem,q; in clariſſima cauſa,in cōmuni omnium motu,ſoli penè obtorpuimus.Quod non modo viri pręſtantes,ſed infimi quoq; ſtudio nos audaciaq; vicerunt,quod priſtinæ laudis ob hanc ſegnitiē iacturam fecimus,nam ſi quis obiurgans vel admonens forſan ita diceret.Cum tu Boamunde tali parēte fueris natus,quem virtus ingens ad tantas demum prouexit opes,ſua ætate cunctis præſtitit magnitudine animi & rebus geſtis.Cumq; illi ſuccedens ita egeris,vt eo iam dignus videreré,cur bellum,quod inſtat,ſolus omnium neglexiſti?cur par uas res chriſtiano decori,& maximæ laudi anteponis?cur deliteſcis in hac prouincia?vel tuas res tanti exiſtimas?cū cęteri ſuis poſthabitis tā magno animo Aſiam petāt. Si te non mo-

C uit eorum virtus,quo vnq̃ exemplo excitabere? Si vicinos q̃
barbaros mauis hoſtes,quid de te boni iudicabunt? Si Chriſti
cauſam ſolus deſeris,neq; diuina humanis præferes,qua igno
minia enarreberis? collige te aliquãdo, ne præter ſpem timi-
dus vel tui oblitus videaris.Quid ita dicēti? quid inquam ho-
neſte reſpondebo? Vos quoq; ſi hanc recuſetis militiam,quo
iure cauſam veſtram tuebimini? diuino ne? At litteræ ſacræ in
primis iubent,ne in Deum amori,proximumq; quicq̃ omnino
præferamus. Ideoq; religionis defenſio, & eorum fidelium,
quos barbari opprimunt,non abſq; ſcelere negligi poteſt.
At nil putatur libero homine dignius,q̃ virtutis certamen ac
laudis, quo nullum honeſtius aut maius,q̃ quod proponitur,
eſſe poteſt.Nil vero eſt turpius præſtanti homini,q̃ commit-
tere,vt ab alio quolibet inferiore, præſertim religione,offi-
cio, magnitudine animi victus videatur, & honeſto labori
turpe ocium anteferre. Cum igitur tot mortales ceperint ar-
ma,quorum ſunt plurimi fama,& factis vobis impares,non
ne turpiſſime cum infamia cunctabimini? Vobis enim timo-
tis,inertiæ,luxuſq; macula ſimul ſubeunda eſt. Vos cuncti re-
D ligionis hoſtes,in Deum ingratos pro tot bonis acceptis exi-
ſtimabunt, neq; hactenus veſtrum quempiam cupidine lau-
dis,ſed auaritia cæcum militaſſe,pluriſq; facere vanas illece-
bras, q̃ gloriam & imortalitatem,quæ merces laboris veſtri
futura eſt. Ea vero quid maius,quid facilius, quid magis op-
tandum cenſeri debes? Proinde quæſo, vos ſimul & me ab
hac ignominia vendicate. Nolite cõmittere per veſtram ſo-
cordiam,vt alijs cœlum quærentibus, nos ad inferos pene-
tremus,& donec vita erit ſuperſtes, tanti dedecoris exem-
plum ſimus. Agite vt decet fortes viros. Vouete mecum præ
claram militiam,& velut extremo virtutis opere meum no-
men ac veſtrum æternæ memoriæ conſecrate,vt me paren-
teq; meo milites digni videamini,vtq; intelligam rebus ipſis
vos dignitatem meam, quæ mihi vita ipſa eſt carior,omni-
bus rebus anteferre, ac terrena deſpicere, vt cœleſtia con-
ſequamini. Qui enim ſtatus ſui, rationiſq; memor diuinita-
tem quærit, non pecudis more ad terram pronus, hic planè
ſapiens, hic iuſtus homo, hic deniq; cœlo dignus iudicabi-
tur. Ego vero ſpem habeo,Deum,pro cuius militabimus nu-

A mine, ad patriam reditum, & de hoſte victoriam conceſſu-
rum. Vix finem dicendi fecerat, qum clamor militum appro-
bantium dicta eſt ſublatus, pollicentiumq; ſe ipſos laboris ac
periculi comites fore, confeſtimq; omnes ducem ſecuti, cru-
cis effigiem ſupra humeros tunicis ſuis inſuerūt. Multi etiam
Siculi & Calabri, necnon ex alijs finitimis locis Boamundo
duci coniuncti ſunt. Qui pace facta cum hoſtibus (quāquam
bello erat ſuperior) moram magis q̃ aliud metuens, & ne
per ſuam abſentiam noui motus orirentur, validam claſſem
parare inſtituit, cum qua exercitum traduceret. Inter hæc
Galliæ regis frater habens non nullos ex his comites, de qui-
bus iam memoriam fecimus, cum in Apuliam perueniſſet, pa
ratas ante conſcendens naues Dirrachium cum exercitu ap-
pulit. deinde cum paucis vrbem ingreſſus à præfecto impe-
peratoris cum illis capitur, Byzantiumq; tranſmiſſus eſt. Cau-
ſam vero eiuſce fraudis eam ferebant, ꝙ ſcilicet Imperator
aduentu tot principum anxius, timens ne Aſia ſubacta cum
ijs poſtea foret certandum, Græcum imperium affectanti-
bus, decreuerat protinus eos cogere, vt quas caperēt de ho-
B ſte prouincias, teneri ab eo pollicerentur, atq; id ipſum iure-
iurando affirmarent. Et quoniam Vgo maximi regis erat fra-
ter, hunc præcipue ſuſpectum habebat, captumq; illum ad
ſe adduci maxime lætus audierat, exiſtimans reliquos deſi-
derio tanti viri ad ſibi parendum proniores fore. Copię tamē
quas Vgo duxerat, amice hoſpitaliterq; ſuſceptæ ſunt.

C BENEDICTI ARETINI DE BELLO à Chriſtianis contra barbaros geſto pro Chriſti Sepulchro & Iudea recuperandis
Liber Secundus.

GOFFREDVM ducem profectioni ſtudentem, cauſæ quædam morabantur. Illa vero fuit præcipua, ꝙ longe maior virorum manus eum ſecuta fuit ducem, q̄ hi fuiſſent, qui hunc prægreſſos vario tempo reſecuti erant. Itaqꝫ neceſſe fuit non paruam partem æſtatis labi, priuſq̄ copiæ cõuenirent. pręſertim ob quoſdá, qui in ipſo apparatu lente admodum ſe habuerãt, licet crebo admoniti, ne hominū expectationi deeſſent, ne tali exemplo hebetiores alios ad bellum facerent, ne ue in id tẽpus differrent iter, quod incommodum eſſet futurum, vel impediret profectionem. In medio demum augusti menſis cum expectati, pꝑter admodum paucos, coiſſent omnes, mouens Goffredus cum ingenti exercitn ad eos Auſtriæ venit fines, quos Hyſter fluuius ab Vngaria diuidit. Ibi comperta illorum clade, qui per
D Pannoniam iter fecerunt, audienſqꝫ alios multos tranſire veritos, & eo animo regem eſſe, vt eos tranſire non ſit laturus, ſtatuit non prius vltra procedere, q̄ flectere illum niteretur, putás rem magni certaminis ac periculi fore, ſi ferro iter aperiendum eſſet. Nã qua traducẽdus erat miles interſunt Sauus & Arabon lati amnes atqꝫ altiſſimi, ad quornm tranſitū rege inuito ingens labor, periculumqꝫ proponebatur, cenſebatqꝫ aliennm eſſe à ſuis ceptis, ꝙ cum rege chriſtiano bellum paci prælatum mallet. Igitur miſſi ab eo legati, cum tutum iter & cõmeatum peterent, inuectus Rex in eorum perfidiam, qui prius tranſiuerant, reſpondit illorum ſcelus documentum ſalubre ſibi dediſſe, ne temere cuiuſq̄ fidei crederet, ſe tamen tanti Goffredum facere ob ſuas virtutes, quas magnas eſſe fama acceperit, vt eum videre, ac ſecum loqui maxime cupiat, & ſpem propè certam illi eſſe, ſi ſimul ambo conueniat, æquã concordiam iniri poſſe. Cum hoc reſponſo dimiſſis legatis, quo maior verbis adeſſet fides, nuntios ipſe in caſtra miſit, qui fermè

A fermè idẽ ſignificarent. Quod vbi accepit Goffredus, anceps
animo quidnã ageret ob notam regis in alios fraudem, quos
in fidem receptos eius milites fede peremerant, rem ad con-
ſilium ſuoꝝ defert, qui hortati ſunt eum, ne ire ad regem gra-
uaretur, neq; enim ita eum amentem eſſe, vt nullo propoſito
ſceleris prĕmio in ipſum ſeuiret, præſertim quia tali facinore
cunctorum odia ſibi excitarentur. Cæſos vero à ſuis copijs, la-
trocinio, perfidiaq; cladem ſibi maturaſſe, quãuis etiã incertũ
ſit vnũ illud facinus iubente rege paratũ fuerit. Ergo iret deo
propitio, nequa detur occaſio viã protinus negandi. Hoc pro
bato conſilio cũ trecentis equitibus profectus honorifice ac
miro applauſu à rege excipitur, quẽ ſua ſpe mitiorem repertũ
adduxit facile, vt receptis obſidibus tranſitum ſibi ac ſuis da-
ret. Per hunc modũ re compoſita Goffredus ad ſuos cũ ſe re-
cepiſſet, tranſmiſſis propere pactis obſidibus in Vngariã du-
cit, benigneq; per eam ſuſceptus, vbi ad oppidum malauillã
peruenit, quod in finibus regni erat ſitum, ibi aliquot dies ſta
tiua habuit, aduentum operiens obſidum, vtq; interim naues
pro tranſitu fluminis cogerentur. Quas poſtq̃ paratas acce-
B pit eſſe, reductoſq; in caſtris obſides, tria milia militum flumẽ
trãſire, aduerſamq; ripam tenere iuſſit, donec aliæ copiæ tra-
ducerentur, veritus ne qui trans amnem erãt populi tumultũ
reliquis tranſeuntibus facerent. Ipſe deinde tranſgreſſus flu-
men propè Belgrauẽ poſuit caſtra, exploratiſq; itineribus mo
uens, vbiq; quieta omnia, & cõmeatum repperit. Cũq; propè
Byzantium perueniſſet, Vgonem accepit captũ teneri, vt pe
titam daret fidẽ, & in verba imperatoris iuraret. Quod ſimul
cũ alijs egre paſſus, dubitanſq; ne hoc exemplo chriſtiani à ce
ptis auerterentur, nuntios miſit imperatori, qui captos dimitti
quãprimum peterent. Quod id negante, aliquid ſibi conan-
dum ratus, vt metu cogeret ipſum principem, partẽ exercitus
prædatum ire per agros iuſſit. Ea militum manus late vagata
terrorem ſimul & prædam faciens multos agreſtes in vrbe cõ
pulit, quoꝝ fuga, trepidatioq; cũ totam vrbem tumultu im-
pleſſet, veluti ſi veri adeſſent hoſtes, timens princeps ne ſibi
nuper adepto imperiũ, nec dum experto ſuorum animos ma
lus periculum imineret, liberos captos abire iuſſit, quos vrbe
egreſſos effuſa obuiam multitudo cum magna letitia in caſtra

C deduxit,finiſq; populãdi eſt factus.Poſt hæc Imperator iram
diſſimulans per ſuos nuntios Goffredum rogat,ne ſecum lo-
qui,& vrbem ingredi abnueret,magna enim quædã inſtare,
de quibus inuicem colloqui operepretium ſit futurum. Ille
autem inſidias veritus negauit ſe in vrbem iturum , ꝙ aliud
præuertendum ſibi eſſet,expectareq; aliorum aduentũ , ſine
quibus nullum maioris rei negocium incipiendum cenſeret,
proinde videri ſibi rem in aliud tempus differendam eſſe.
Tali reſponſo iratus Princeps palam edictis vetuit ſuis , ne
quis in caſtra commeatum deferret,neue cum aliquo milite
cuiuſq; rei commertiũ feceret. Igitur noſtri ad prædam verſi
paſſim per agros populabundi diſcurrunt,& igne ac ferro ma
gnas inferunt Græcis clades. At Imperator quidnam face-
ret ab ipſo initio non ſatis certus,ꝙ hinc vlciſcendi ſtimulus,
inde metus ob impares vires illum angebant,poſtremo nouo
conſilio mentem adiecit.Ergo reuocatis edictis permiſit co-
piam rerum omnium, dummodo milites ab iniurijs impera-
rent. Legatos miſit exercitus ducibus, qui verbis eos mune-
ribuſq; placarent , quibus facile pax fuit ſuaſa, ꝙ fame com-
D pulſi tumultum fecerant,cernebantq; ſuos conatus irritos fo-
re,ſi vna cum barbaris græcos quoq; haberent hoſtes,nec du-
bium eſſe,quin ingens periculum præſertim inopię propone-
retur.Sic ex ſentẽtia rebus tranſactis poſt aliquot dies cũ iram
ſedatam relaxatoſq; animos Imperator crederet,quoſdã mi-
ſit,qui ducibus dicerent inſtare iam hibernum tempus,nec in
frequentia ędificijs loca,in quibus tum eſſent,cõmoda his per
hiemem fore,qui prę anguſtia temporis,nec tabernacula nec
alias res ad arcendã vim frigoris præparaſſent,proinde illum
hortari,vt in ea migrent ſuburbia,quæ finitima thracio boſ-
phoro Aſiam ſpectant,ibi enim capaces eſſe multoꝝ domos,
eoſq; mari ac terra commeatum habituros.Id eo agebat con-
ſilio,quo velut clauſas teneret copias,ne populari agros poſ-
ſent.Nam inter vrbem,& eũ locum,quem tum Blaquernam
dictum ferunt,paruus æſtate fluens amnis ita creſcebat hiber
no imbre,vt vado tranſiri nequaq̃ poſſet,vnicus pons ob id
conſtructus volentibus tranſgredi aditum dabat. Itaq; ſuaſe-
rat ſibi poſtq̃ exercitus eo veniſſet,noſtros mari ac flumine
ſeptos,ne famæ perirent,ei demũ parituros, Duces cõmodo

A regionis pellecti, verbis abeſſe dolum rati, ibi hiemare cõſti-
tuerũt, neq; enim flumine ſe includi poſſe ſatis animaduerte-
rant. In ea ergo traductis copijs cõplures dies quieti fuerunt.
Sed aucto demũ per imbres amne, ita vt vado in tranſmeabi
lis eſſet, Imperator, qui clam armatos multos in vrbe acciue-
rat, non vltra cunctandum ratus quin cogitata exequeretur.
Rurſus Goffredum per ſuos rogat, vt ſecũ loquẽdi poteſtatẽ
faceret, atq; ab hoc vrbẽ ingrederetur. Ad ea Goffredus nil
reſpondit ſe habere, quod cũ illo dicendum exiſtimaret, abſq;
aſſenſu eorũ principum, qui propè diem venturi ſint, interim
verò ſi quid agendũ Imperator putet, ſe legatos paratũ mit-
tere, vel audire ſuos, per quos illius mens patere poſſit. At
Imperator negari ſibi petita intelligẽs, armatos multos luce
prima fluminis pontem capere iubet, ſagittarios quoq; naues
conſcendere, appulſoſq; littori à regione caſtrorũ ſagittis vn-
diq; noſtros impetere. Vetuit etiam nouis edictis, ne quid ſui
pro alendo exercitu in caſtra deferrent. Goffredus autẽ ſuſpi
catus ita facturum illum, q ſe includi viderat poſſe, de media
nocte ſex milla equitum cũ Balduino fratre ad pontem miſit,
B omneſq; arma & equos parare, ac plures cohortes vigiles eẽ
cũ armis imperat, ne quis inopinãtes aggrederetur. Vix dum
ſatis dies fulxerat, quũ præmiſſi ad pontẽ equites Græcos vi-
dent egreſſos vrbẽ rapto agmine pontem petentes, & ab ora
maritima ſagittarij partim ex nauibus partim per littus diffuſi
vndiq; nſos aggreſſi ſunt, ſublatuſq; maximus clamor poſtq̃
ad duces eſt perlatus, ipſi militem arma capere ac expediri
ad pugnam iubent, deinde inſtruunt triplicem aciem, ſagitta-
rios multos, leuiſq; armaturæ mixtos peditibus equites ſubſi-
dio ſuis ad littus mittunt dato præcepto, vt cum longius græ-
cos reppuliſſent celeriter ſe ad eos recipiant. Ipſi vero in-
ſtructis copijs ad pontem pergunt domibus multis prius in-
cenſis, ne quid ex illis hoſtes machinarentur. Cum vero
ad illum eſt peruentum cernunt fugatos à ſuis Græcos.
Verum non longe inde progreſſi copias magnas ab vrbe
miſſas in ipſa via offenderunt, cum quibus commiſſo prælio
diu & acriter eſt pugnatum, multiq; ab vtraq; acie cecide-
runt. Tandem maiore impetu noſtris nitentibus hoſtes fu-
ga effuſa vrbem repetiuere ſuorum multis in pugna amiſſis,

C & qui à tergo certabant milites longius demum ſubmotis ho
ſtibus ad ſuos duces regreſſi ſunt. Per hunc modum à ſpe iam
certa princeps deiectus, non minus iam tuendi imperij q̃ au-
gendi ſollicitus rem ad conſilium ſuorum defert, quoꝝ ſuaſu
ſtatuit filium in caſtra mittere futurum ibi obſidis loco quo ad
Goffredus in vrbe veniens ad ſuos demum reuerteretur. Id
nuntiatum ducibus ipſi minime aſpernandum rati ne bellum
malle q̃ pacem ipſam videri poſſent, vt iret Goffredus aſſen-
ſerunt. Igitur poſtq̃ obſes ad eos venit, mox Goffredus vrbẽ
ingreſſus amice, honorificeq; ſupra modum excipitur nulla re
quæ ad ornandum ipſum ſpectaret prętermiſſa. Hunc Impe-
rator ad parem conſeſſum cũ admiſiſſet, multa de ſuis virtu-
tibus prædicans eum deinceps velut filiũ defenſorem impe-
rij habendũ pronuntiat, & ſimul magnis donat muneribus.
Nec erga illum donec in vrbe verſatus eſt aliquod genus mu
nificentię regię omiſſum fuit. Deinde roganti principi, vt iure
iurando fidem daret, quæ citra Iudeam bello quęreret, ſe pro
ipſo retenturum, ſpem dedit ſe ac reliquos duces breui eidem
aſſenſuros. Abeuntem deinde aulici omnes, & magna pars ci
D cium vſq; in caſtra proſecuti obſidem datum reduxere. Nec
multo poſt principes Galli ſuadente Goffredo in verba impe
ratoris iurarunt. Neq; enim dominandi libidine ceperant ar-
ma, ſed quo ſacrũ ſepulchrũ Iudeamq; liberarent, ſimul quoq;
cenſebat periculum ingens īminere, ſi in Aſia bellum geren-
tibus Græcus à tergo inſtaret hoſtis, nec tutũ eſſe dimittendo
præſidia per captas vrbes, prout neceſſe futurum erat, copias
minuere, cũ per tot hoſtiles prouincias tranſituri eſſent ac de
mũ Syriam ſub acturi, quã abſq; magno certamine vinci non
poſſe arbitrabantur. poſt eam demũ firmatam pacem galloꝝ
caſtra copia rerum ſunt repleta. Neq; in illis fuit quiſq̃, cuius
virtus aut fortuna emineret, imperatoris munerum expers.
Deinde propinquante iam vere, vbi cœlum clementius eſſe
cępit, duces tempus idoneum eſſe rati arma in Aſiam trãſfe-
rendi, ordiendiq; belli aduerſus barbaros, Imperatore iuuãte
plurimas naues omnis generis contrahunt. Cumq; illis mare
tranſgreſſi copias in Bythinnia exponunt, nec procul à mari
propè vrbem Calcedonem conſtitere, vallo ac foſſa munitis
caſtris diſpoſitiſq; ſtationibus militũ ne incauti opprimerẽtur.

A Is propterea placuit locus, ꝙ aquatio ibi commoda erat, nec
vllum à tergo habebant hoſtem. Eademq́; die Byzantium pe-
tere ac demum redire non tantū ſemel ſed etiam pluries mili-
tes poterant. Dum hæc ab illis geruntur, Boamundus paratis
omnibus ex Apulia ſoluens Adriatico vectus mari Dirrachio
demū appulit claſſem, ibi expoſito in terrá exercitu Macedo-
niam intrat. eam vero peragrans prouinciá literas accipit, im-
peratoris humanitatis & officij plenas, quibus amicitiam illi,
tutūq́; iter pollicebatur, ſed longe ipſi diuerſa mens erat. Cū
enim ſciret hunc Roberti filiū eſſe, qui è Sicilia græcos expu-
lerat, ægreferebat aduentū eius, cū ob memoriá paternæ iniu-
riæ, tum etiá ꝙ magni exercitus clarum ducē formidabat, pu-
tans eundem hoſtili animo in græcos eſſe. Itaq; occulte iuſſe-
rat ijs præfectis, qui Macedoniá obtinebant, vt obſeruantes
illius iter, eum facultate oblata magno aliquo detrimēto affi-
cerent. quo ue res eſſet occultior paulatim ex varijs locis con-
ductos milites ad eos miſerat. Hi ergo ad exequendū iuſſum
intenti propè fluuium quendam Bagdatum (tunc ab incolis
dictum) ſuos milites in inſidijs locát. Videnteſq́; die ſequenti

B Boamundi nepotem Tancredum nomine cū parte exercitus
amnem tranſgreſſum, in alios, qui citra flumen remanſerant,
impetū fecerunt, & à fronte à tergo à lateribus circunfuſi, ita
perculſis inſtitere, vt vix colligendi ſui expediendiq́; arma fa-
cultatem haberent. At Boamundus vt in re ſubita ſatis impa-
uidus nec animo neq; conſilio deficere, ſed ſuos ad pugnam
hortari, aciem, prout erat facultas, inſtruere, ſubſidia laboran-
tibus mittere, vnde maius erat periculum, ibi adeſſe, nullum
deniq; ducis officium prætermittere. Si tamen longior pugna
fuiſſet, veriſimile erat victoria hoſtem potiturū fuiſſe, pręſta-
bat enim copia militū, & recens cū feſſis dimicabat. Tancre-
dus autē clamore pugnantiū, patruiq́; permotus nuntijs quo
in diſcrimine res iam eſſet memorantibus, ſigna cōuertere ac
flumē tranſire milites iubet, inſtructoq; acie pro anguſtia tem-
poris ferocem hoſtem inuaſit. Græci vero, qui eo conſilio pu-
gnam cōmiſerant, vt ante ſcilicet Boamundū opprimerent,
q̄ à Tancredo ſuccurri poſſet, poſtq̄ viderunt reuerti eos, qui
amnem tranſiuerant, vix primum impetum eorum ferentes
præliū diſſoluerunt, & in proxima loca vel in ſiluas refugere.

C multi tñ ex eis cæſi, multi etiã capti ſunt, ex qbus eſt cognitũ iubente Impatore tẽ hãc totã geſtã fuiſſe. Id Boamũdus diſſimulans ne illum palam faceret hoſtẽ, ex tẽplo quoſdã Byzantium miſit, qui de tanta iniuria quærerentur, dicerentq́; Boamundum credere ignaro principe græcos milites id facinus auſos, ac ſimul orarent ita poſthac per eum ſtatui, vt ſibi amico iter infeſtum non fieret. Quibus ille, licet benigne reſpondiſſet, multis verbis in ſuos inuectus, tamen dux ipſe ſuſpectam habens græcam fidem, ita inſtructum ducebat agmen, ac ſi cum hoſtibus dimicandum foret. Cui Byzantium propinquanti occurrens Goffredus quid Imperator velit, demonſtrat, quæ ue cauſæ ad illi parendum alios mouerint. Præterea docet eo negotio tẽpus redimi, quo nihil ipſis carius eſſet aggredi magna cupientibus, & certa ſpe à domo profectis Iudea potiundi, proinde hortatur vti obtemperet græco principi, præſertim ne improbare aliorum iudicium, vel eum odiſſe videatur. His orationibus Boamundus victus facturũ quæ velit, ſe affirmat, ſequentiq; die vrbẽ ingreſſus imperatori, quã alij dederant, fidẽ promittit, benigne comiterq; ab eo exceptus, & multis egregijs donatus donis. Idem quoq; non multo poſt Toloſç & Flandriæ reguli fecerũt, quoꝝ alius claſſe, alter per Iſtriam Dalmatiamq; in Græciam venerat. Cum his fuit Nicenſis præſul in eo bello ſummi Pontificis legatus. poſt hos Normandiæ princeps & multi ſimul præſtantes viri cum magno exercitu Byzantium conceſſerunt, defueruntq; pauci ex cunctis illis, qui ſacram vouerant expeditionem. In ipſo initio aprilis menſis cũ omnes in Bithynnia conueniſſent, conſilio inito placuit ducibus poſt vicinas domitas vrbes Niceam prouinciæ caput obſidere, putabant enim ea deuicta & pulſo Solimano ingentis tum exercitus duce, facilius eos per alia loca tranſituros, q̃ reliqui barbari metu perterriti vel ad eos deficient vel commeatu adiutos tranſire patientur. Igitur plæriſq; oppidis maritime oræ ui aut metu ſubactis mediterranea petentes loca Niceam tandem obſeſſum vadunt, ducenta peditum, equitum milia centum ducentes. Ciuitas ea in plano ſita è regione occidentis lacu abluitur, ex alijs partibus montes, nemoraq; vrbem circunſtant, in medio campus longe ac late ſatis patens, Latior tamen aut an-

A guſtior, prout magis vel minus mõtes ac ſiluæ ab vrbe diſtãt. foſſa ingens vetuſti operis per intermiſſas à lacu partes circum muros erat pducta, exq; aqua lacus repleta munitiorem ciuitatem reddebat, altis quoq; ac latis muris circũſeptam. Solimanus etiã quod penẽ accidit, ſuſpicatus fore, vt ſcilicet noſtri ab oppugnatione tam claræ vrbis bellum inciperent, ſatis ante milites multos in ea miſerat, necnon baliſtas tormentaq; omnis generis, & magnum ſimul telorum numerum, ingens præterea frumenti vis aliarumq; rerum, cũ quibus ferri poſſet obſidio, in vrbem aduecta. Ipſe vero nõdum auſus caſtra in æquo ponere copia militum illis impar, territuſq; opinione virtutis, qua eos præditos fama acceperat, in ipſis montibus loco idoneo conſtiterat, ſollicitus circumſpectanſq; ſi quam occaſionem rei bene gerendæ habere poſſet, & in ipſo itinere modo à tergo modo à latere noſtros inuadens, aut inſidens anguſtos ſaltus, multis incommodis eos affecerat. Duces autem poſtq̃ ad vrbem peruenere, totam penẽ, præterq̃ ab occaſu ſolis armatis cingunt, carros quoq; permagnam habebant copiam pro vallo verſus montes diſponunt, ad portam, quæ meridiem ſpectat vacuus locus eſt relictus, quem

B Toloſæ principi certis de cauſis adhuc abſenti occupandum reliquerant. Cuius dum expectant aduentum, ne ocioſi tererent tempus; vineas turreſq; ad oppidum agere inſtituunt, pro his perficiendis materiam ex locis propinquis comportari iubent, cogunt ex caſtris fabros multos, qui ei operi ſtudium præbeant, & ſimul etiam conſtruant machinas; ex quibus vis ingens lapidum in ipſa mœnia iaci poſſet; nam neq; aries vetus machina illis temporibus in vſu erat, neq; bombarda tormenti genus, paulo ſupra ætatem hanc adinuentum. Dum hic ſic agunt parantq;, Solimanus vbi accepit vrbem ab his obſeſſam eſſe, ſolito longius cum ſuis abijt, vt noſtri crederent deſperata vrbis ſalute illum diſcedere, ne ſcilicet ſub oculis ſuis caperetur, & metu ſublato minus caute ſe habentes occaſionem ſibi ad aliquod facinus egregium darent. nec multopoſt à ſuis doctus, qui falſa veris miſcebant, portam vrbis verſus meridiem hoſtes adhuc non obſediſſe, ac ſibi ab ea parte facilem aditum ad eos dari, atq; illos poſt ſuum diſceſſum ſolute admodum ſe

C habere pabuli gratia,diſperſos vagari,nec ducũ dicto audien
tes eſſe.ſtatuit experiri fortunam pugnæ,ne ſi ea præteriſſet
occaſio,ſero poſtea perditis rebus remedium quæreret. quo
ue obſeſſis id eſſet notum, per ſ os nuntios quid paret,indi-
cat eos hortatur, vt die poſtero prima luce partim ex muris,
partim eruptione hoſtem laceſſant, ſe vero cum ſuis in tem-
pore affuturum.Deinde milites hortandos ratus,non medio-
criter hoſtem timentes contione aduocata ita diſſeruit.
Si quis veſtrum exiſtimat me adhuc pugnam detrectaſſe, ꝙ
veſtræ virtuti ſim diffiſus,vel ipſos hoſtes plurimi fecerim ve
lut egregios bello viros, longe fallitur opinione, cum enim
vos atq; illos cõſidero ſatis mihi ſuaſum eſt,eos vobis nec vſu
armoꝝ,nec robore animi,aut corporis,nec rebus geſtis ęqua
ri poſſe. Nam penè omnes qui mecum eſtis, à pueritia in ca-
ſtris habiti bellicas artes didiciſtis. Vrbis comitibus R ex perſa
tum cis Eufraten arma transferens magnas copias ſuperauit,
ac demum victo græcoꝝ principe prouinciam hanc,pluresq;
alias imperio perſico adiecit. Vos non libido ad voluptatem,
non labor ad quietem vnq̃ deflexit,nec aliam prorſus q̃ auda
ciæ,fortitudinis,victoriæ laudẽ concupiſtis. An ergo illos cõ-
parem vobis? quorum partem tyrones eſſe,alios uero luxu ac
D longa pace deſides factos cõpertum habeo,qui lingua mori-
bus,& genere diſſoni,animos quoq; diſcordes gerunt,& con
fuſi ad inuicem nullam obſeruant diſciplinã,neq; habent cer-
tum ducẽ cui parere aſſueuerint. Quiſq; ſibi dux eſt atq; hor-
tator,quiſq; laboris quietiſq; modum ſibi præſcribit.Eiuſmodi
milites vobis in acie pares erant? eos ne armatos timebitis?
quibus arma magis oneri q̃ præſidio erunt,quos metus ac la-
bor prius conficient,q̃ virtus veſtra.qui ſine ordine vllo pu-
gnantes,quas habent uires,inanes reddent,quoꝝ partem nu
per egregie ſuperaſtis. Proinde non ego timens prælium di-
ſtuli,aut ab hoſte procul diſceſſi, ſed ut nactus occaſionem cũ
periculo minimo illum vobis trucidandum obijcerem. Itaq;
dum de induſtria metum ſimulo,ipſi hoſtes nihil iam à nobis
timentes,quos fugiſſe arbitrantur,curamq; vrbis abieciſſe,in
omnem licentiam prolapſi ſunt.Scorta,epulæ,vinumq; illos
delectant.abſq; imperio, abſq; ſignis per agros vagantur,nõ
ſtationes pro caſtris,nõ vigilias ex more agunt.Sepulchrum,

Iudea memoria exciderunt,nihil minuſq́ aduentum cogitant veſtrum.ſic præmiſſi exploratores renunciant,partemq; hoſtium adhuc abeſſe,qui propediem venturi ſint.hos imparatos atq; incõditos prima luce aggredi ſtatui,ſpe haud dubia vincendi fretus,niſi vos inſueta ignauia ipſam fortunã deſeritis. Ideoq; vos oro atq; obſecro milites,vt quã ſępenumero Regi veſtro & mihi ipſi nauaſtis operã,craſtino die dimicantes præſtetis,& ſi poteſt fieri, ſi cogit neceſſitas maiorem. Atq; illud in primis cogitate non de imperio vel gloria ſalum nunc fore certamen,quæ duæ res præſtantes viros maxime cõmouent, ſed de aris atq; focis,de vita & ſanguine,de religione ;pro cõiugibus & liberis veſtris,eorumq; omniũ,qui Aſiam incolunt. Nam qui Niceam circũſtant hoſtes,idcirco à domo ſunt profecti,vt Aſię ſacra,cerimonias,ritus,penitus deleant,argẽtũ, aurum,prætioſaq; omnia nobis adimant,vt trucident omnes chriſtianæ religioni aduerſos,vel pro mancipijs eos teneant. vt chriſtiani vobis expulſis in hijs prouincijs demũ habitent, nec ubiq; in orbe ſuperſit Perſarũ nomen.Hęc palam iactant, has ferunt ſui aduentus cauſas,eadem ex captis gręciſq; acceptis,id exploratum iãdudum habui.Proinde ſi patriam,religionem,vitam,laudem, coniuges, prolem habetis caras,neceſſe eſt vos viros fortes eſſe , nec vllam ſpem niſi in armis dextraq; habere.Ac ſi fortuna cęptis obſtaret,honeſtam mortem fugæ turpiſſimæ anteferre,putetis adeſſe regem veſtrum ſupplici ore vos rogantem,vt parta decora regnum perſarũ veſtra virtute tueamini,Obſeſſos vero flebili vultu ſupplices manus ad vos tendere,veſtram opem implorantes,ne cladẽ teterrimam patiantur,ne vrbem ignis,corpora ferrum aut fames conſumat,ne ſua omnia ferri,agiq; ab hoſtibus videant, Ne,qui ſuperſtites cædibus erunt,miſeram ſubeãt ſeruitutẽ. Quiſq; veſtrum exiſtimet craſtina die in ſua dextera fortunã Aſiæ poſitam eſſe.Nam ſi (vt ſpero)victores eritis,nõ modo ab hoſtium iſtorum manu,ſed chriſtianorum omniũ liberabimur.Alij nanq; his deletis vires prorſus horrebũt veſtras,nec vos poſt hac bello tentare audebunt,& vos fortitudinis,pietatis maximã laudem conſequemini.Veſtræ virtuti perſarum Rex ſuum impetium ſuas opes acceptas feret. A vobis Aſiæ populi defenſam ſalutem putabunt ſuam.Veſtrum hoc præ

C clarum opus nulla vnq̃ delebit obliuio. Proinde ſic vos oportet agere, vt vos ipſos atq; hoſtes virtute inſigni ſuperetis, ne pœniteat regem veſtrum ſalutem ſuã ſuorũq; omnium vobis tuendam cõmiſiſſe. Ab hac oratione dimiſſos milites corpora curare, ac ſe ad iter parare iubet. Inter hæc duo illi, quos à Solimano ad vrbẽ Niceam miſſos diximus, vbi mandata expoſuerunt, portã egreſſi, vt ſitus caſtrorũ ordinẽq; ſpecularẽtur, & quibus ex locis commodius hoſtes inuadi poſſent, temere procul ab vrbe vagantes à noſtri excipiuntur. qui ad duces perducti primo illis conſtanter mentiri ſe oppidanos eſſe, dicere illa die vrbem egreſſos, vt hoſtes aliquos vel equos caperent. Sed tormentis admotis fateri vera metu coacti, quid paret Solimanus, quid oppidani, detegunt, & ſe ab illo fuiſſe miſſos, vt ciues ad prœlium hortarentur. Ea re duces perculſi Toloſæ principem litteris admonent, vt prius ad eos venire properet, q̃ hoſtes aduentarent. palam totis edicunt caſtris, vt milites equos & arma expediant, ſtationes vigiliaſq; ſolito frequentiores inſtituunt. Iubent cum cura obſeruari, ne quis è caſtris exire poſſit, veriti, ne per aliquem hæc ad hoſtes

D deferrentur. Optimum quoq; viſum fuit, quẽlibet ducũm quo erat loco, ſuos tenere, aciemq; ibidem inſtruere, quo haud dubie crederent barbari ſuum aduentum ignotum eſſe, atq; ob hoc incauti opprimerentur. Toloſæ princeps acceptis litteris accelerandum cernens, quia parum iam diei ſupererat, aberatq; decem milibus paſſuum, ab ipſis caſtris ex templo mouens, primis fermè tenebris noctis in caſtra peruenit, è regione inſidens vrbis illi iampridem deſtinata. Ibi quiete horarum aliquot ſuis data, parum ante lucis exortum eos arma reſumere, ac ſe ad puguam parare imperat. Cum vero dies effulſit, inſtruit equitum ac peditum aciem. Idem faciunt reliqui duces parte exercitus oppidanis obiecta. ſi quid ab vrbe molirentur, carros impedimentaq; omni vno in loco iuſſerunt contrahi, vt aditus liber in hoſtes foret, non tamen ſigna efferri, vel prius equos aſcendi placuit, q̃ barbari aduentarent, quo in compoſitos aggredi crederent, & noſtri magis recentes haberent equos. At Solimanus ea mente ad hoſtem pergens, vt opprimeret incautos, vel ſi paratos forſan offenderet, fortunam pugnæ experiretur, ita inſtruxerat ſuas

acies,ac ſi non doloſed pari marte pugnandum foret. Abundans enim equitũ copia,quoꝗ numerum (ferunt) fuiſſe milium centũ quinquaginta,putabat ſe hoſti nõ imparem fore, licet is peditum numero præſtaret,eos in plano penè inutiles ratus futuros,præſertim quia multos ex eis tyrones eſſe audierat. Igitur poſtq̃ in planum venit,paratos ad pugnam Toloſanos inuadit,oppidaniꝗ omnibus portis armati erũpunt. Ex muris quiꝗ nimbũ telorum in noſtros iaciunt. Tollitur vndiꝗ tantus clamor, vt nemora repercuſſæꝗ valles reſonarẽt. Pugnatur vtrinꝗ acriter ſagittis & iaculis eminus, hoſtis & enſe cominus. Perſæ feroces inſtare ſuo more,nunc raros diſperſoſꝗ,modo conſertos in hoſtem ferri,à fronte à latere noſtros petere,ruentes incaute circundare. Tantum deniꝗ annixi ſunt, vt noſtri eorum impetum non ferentes pedem referre cogerentur,quos perturbatos illi videntes nec ſubſidiũ alios ferre,ſed ſuis locis ſe tenere,audacius inſtiterunt,& pars eorum perculſos fundere,pars per campum diffuſa reliquos aggredi properabat. Qua re animaduerſa princeps Goffredus inuadit hoſtes,fugiẽtes iam Toloſanos gradum ſiſtere ac ſecum in pugnam redire cogit,procedenſꝗ in primam aciem hoſtium impetũ repreſſit,nec ducis modo ſed militis arte fungebatur,maxima opera fortitudinis edens, & vbi ſuos premi viderat impigre ferebat opem. Itaꝗ reſtituit prœlium aliquot locis,territoſꝗ ſua virtute confirmauit. Dum hæc ab eo geruntur, duces reliqui vagos per campum nacti hoſtes,cũ his celeriter conſerunt manus,quibus fuſis fugatiſꝗ in latere maioris agminis curſant. Ibi atrox editur pugna,quoniam hoſtes reſiſtebant fortiter,& qui aufugerant, ad integram aciem redeunt. Tandem vero feſſi hoſtes labore itineris ac prœlij, feſſos etiam habentes equos, quorum multos pedites haſtis aut telis confoderant, vim chriſtianorum non tulerunt. Ergo cedentes referunt pedem ordinem tamen obſeruantes,clamante duce à tergo eſſe colles tutũꝗ receptum,ſi modeſte ſe reciperent. Sed cum eo ipſo acrius quum inclinatam ſenſere aciem victores vndiꝗ ſe inueherent. vincente demũ verecundiam metu,in fugam ſe ſe omnes effuderunt. Minor cędes fugientium fuit,ꝙ ſiluæ proxime monteſꝗ,in quos hoſtes refugerant,noſtris impedimento ad perſequendũ fuere,

C præſertim quia locorum ignari erant. Cęſa tamen ſunt ſex mi-
lia hominum, par fermè numerus fuit captus, Niceni quoq; nõ
abſq; magna ſuorum cęde intra mœnia ſunt cõpulſi. Hoc præ-
lio facto duces rati oppidanos ea clade perculſos egrius vrbẽ
defenſuros, ſi prius eam oppugnẽt, q̃ illi ex tanto pauore ſeſe
colligant, poſtero die aggredi mœnia decreuerũt, ergo poſtq̃
illuxit, inſtructi omnes ſubeunt muros, & breui momento ex
parata materia foſſas complent, ſcalæq; multis erigi partibus
ceptæ, per quas in ſummũ euadere promptiſſimus quiſq; ſtu-
debat. Obſeſſi vero putantes ex ſe ſupplicium non victoriam
peti, minus acerbum fore cenſebant, ſi pugnantes occumbe-
rent, q̃ ſi diruta vrbe ante ora captarum coniugum liberorũq;
inter verbera, & vincula omnia fæda atq; indigna paſſi expi-
rarent. Igitur cum ſupplicia, mors fœda, ruina vrbis eſſent ob
oculos, non militaris modo ætas aut virilis, ſed fœminæ pue-
riq; ſupra corporis, atq; animi vires aderant, propugnantibus
tela ac ſaxa miniſtrantes, & ipſi qui erant in muris certamine
laboris ac periculi conſpectu mutuo accendebãtur. Igitur q̃q̃
ui ſumma pugnarent noſtri, & feſſis integri ſæpe ſuccederẽt,
D multiq; hoſtes vulnerarentur, multi etiã caderent, nec per ali-
quot horas vlla eis daretur quies, tamẽ tantus fuit eorum ar-
dor, adeo præſens ad pugnam animus, vt noſtros tandem ca-
ſtra repetere coegerint, centum ex illis interfectis, quorũ pars
maior dum ſcandit muros, vel ſcalas admouet, ſaxis eſt obru-
ta. Quos inter nõnulli fuerunt factis & genere illuſtres, multi
quoq; ex prælio ſaucij diſceſſere. Nec eſt ſilendũ in ea pugna
Goffredi facinus, qui cum ſagittis plures barbaros cõfeciſſet,
animaduertens quendam ex muris procero corpore latine lo-
qui, ſuoſq; increpare ſtultos imbelles vocitantem, ſagitta eum
tranſfixum præcipitem ex muro dedit. Poſtq̃ in caſtra fuit re-
ditum, conuenere ipſi duces, vt in tanto rerũ diſcrimine quid
eſſet agendũ, conſultarent, hiſq; omnibus tandẽ placuit ope-
ribus etiam oppugnari vrbem, atq; in lacu claſſem ſtatui, ne
per eum præſidia oppidanis tranſmitti poſſent. Itaq; permiſſu
Imperatoris naues multas varij generis contrahi faciunt, ſin-
gulaſq; mari deductas, nõnullis plauſtris ſimul iunctis impo-
ni, quæ iumenta hominesq; per ſeptem milia paſſuum vſq; ad
lacum traxere, ac parũ poſtea in conſpectu ipſius vrbis claſſis

A viris atq; armis inſtructa in lacu conſtitit. Qua re noua hoſtes attoniti, qui ſpem ſalutis penè amiſerāt magno dolore ſunt affecti, velut ſi captam vidiſſent vrbem. cernebant enim fugę aut externæ opis viam nullā relictam eſſe, nec poſſe obſiſti, quin demum famæ ſuperarentur, niſi forſan Solimanus cū maiore exercitu ad ſoluendam obſidionem rediret. Ea ſpes licet exigua, & motus hoſtiū, quos implicabiles fore credebant, cauſa fuit, ne vrbis dedendę conſiliū caperent. Noſtri paratis omnibus rurſus ciuitatē inuadunt. Tres turres ligneas armatis plenas applicant, muris diſponunt vndiq; plures machinas, ex quibus lapides in muros emittebant. Clamor pugnantiū adhortantiumq; accendebat certamen. Eodem tempore vrbs à terra & lacu oppugnabatur. Quidā ſubuineis teſtudinibuſq;, quidā ſub turribus muros ab imo ſubruebāt, multi ſcalas mœnibus admouentes aſcendere nitebantur, plurimi iaculis ac ſagittis pugnabant, ex turribus ligneis dimicantes maxime hoſtem vrgebant. Nam præeminētes muri faſtigio deſuper telis premebant eos, cōgreſſiq; eminus multos ex muris deturbarunt. In tali anguſtia non defecere animis barbari, ſed hortari
B ſe inuicem, reſiſtere fortiter, pulchrum ſub armis mori dicere, vt patriā tuerentur. Matreſſamiliæ dum tela vel ſaxa illis porrigunt, paſſis crinibus flentes orabant, vt ſua virtute cōiuges liberos crudelitati hoſtium eriperēt. Hi paratas antea machinas aduerſus turres diſponunt, ex quibus vna, quā Germani erexerāt, ictu lapidū diſiecta, cū magno fragore prolapſa eſt, atq; omnes qui deſuper aut ſub ea fuerunt, periere. Sub idem tempus à tribus portis erumpunt hoſtes & magno impetu in noſtros delati plurimos interficiunt. Ex muris vero faces aridamq; materiā in turres iaciunt, picem ac reliquas res, quibus ignis excitari poteſt, fundebāt. Itaq; breui ſpatio reliquæ duæ conflagrauerūt, pluresq; homines eodē igne conſumpti ſunt. Ob quem caſum cū creuiſſent barbaris animi, noſtri autē minuti eſſent, ideoq; pugnarent ſegnius, illi vero inſtarent ferocius, duces receptui cani iuſſerunt. Ceſſatumq; per aliquot dies eſt ab armis donec turres reficerentur, quod percōmodum oppidanis fuit, qui interim partes muri decuſſas vel perforatas inſtaurarunt. Breui autem refectis turribus ad omnes ictus ferendos validis, rurſus vrbs oppugnari eſt cępta. Circa

C turres machinaſq; fortiſſimi milites locati ſunt, qui, ſi fieret eru
ptio, impetum hoſtiũ exciperent, atq; opera tutarẽtur. Multa
quoq; ad vim ignis arcendã ſunt prouiſa. Itaq; licet nil inten-
tatũ hoſtes reliquerint, quo ſternerent opera vel incederent,
tamẽ illa egregie ſunt defenſa. Cumq; murorum pars ab imo
diruta & icta machinis, tandem euerſa nudaſſet vrbem, no-
ſtri per apertum noua ſtrage iter tranſcendunt. Eo profecti
hoſtes, vnde periculum erat maius, conferti ordinibus plu-
rimis firmata acie noſtris reſiſtunt, egregiam quæri gloriam
rati, ſi armis potius & virtute q̃ mœnibus vrbem tuerentur.
ergo atrox editur pugna noſtris nitentibus vrbẽ ingredi, bar-
baris acriter reſiſtentibus, & cum continue accenderetur cer-
tamen, noſtriq; præualere inciperent, nox tandem prœlium
diremit. Erat in vrbe Solimani vxor ſecum duos filios habẽs,
quæ ſtrage muri exterrita, monitaq; vt ſibi conſuleret, nec fi-
deret vrbi mox futuræ in hoſtium poteſtate, primis tenebris
nauem cõſcendens, cum per lacum tentaſſet fugam, à noſtris
vna cũ liberis capitur. Niceni vero eadem nocte conſilio ha-
bito nullam cernentes viam ſalutis præterq̃ in clementia ho-
D ſtium, ſtatuunt experiri, num dedere ſe tolerabili aliqua condi
tione poſſent. Itaq; prima luce legatos miſere, qui leges pacis
à chriſtianis acciperent. Hi deducti ad principes præter ſpem
ſuam impetrarunt, ne ſeruiretur in ipſos ciues, ne ue bona eo-
rum diriperẽtur. De reliquis omnibus poteſtas libera ipſis vi
ctoribus eſt pmiſſa, quos reor ad id agendũ in primis motos,
vt alij hoc exemplo eorum fidem magis q̃ arma experirẽtur.
Igitur ciuitate per hunc modũ recepta, quã per dies triginta
obſederãt, cõmuni aſſenſu eã duces Imperatori, & quæ prius
cęperãt oppida ſimul tradunt. Deinde bifariã diuiſo exercitu,
quo illis iter eſſet cõmodius, & plura oppida in tranſitu cape-
rent. Goffredus dextra, Boamundus leua profecti ſunt. Quo
Boamũdus ibat, vallis erat nõ ſatis culta, quã Gorgoniã voca
bant incolę, haud longe à mari diſtans. Ab his Goffredus tri-
bus milibus paſſuũ iam fermè aberat. Quod Solimanus vbi ac
cepit, putans fortunã adeſſe rei benegerẽdę, Boamundũ ſta-
tuit aggredi. Cũ ſuis ergo properãs copijs equitũ numero ſa
tis auctis ad opprimendũ procedit hoſtẽ. Sed præmiſſi ad ex-
ploranda itinera eũ venire cũ nunciaſſent, niſi propere arma

A cęperũt,imbellem turbã (quæ magna erat) in quadã palude propè conijciũt,& eũ locũ circũndant carris.Deinde dux inſtruit aciẽ in frõte ac cornibus locãs equites,poſt eos vero peditum robur,armatos leuiter partim ante ſigna, partim circa mõtes dextra leuaq; cõſtituit,ſagittarijs additis,qui facultatẽ vagandi ludificãdiq; hoſtibus demerẽt,cornui leuo Tancredus pficitur,dextro Normãdiæ Regulus,& Stephanus Carnuenſiũ princeps,ipſe mediã aciẽ tuendã ſuſcepit,edito loco ſuos cõtinens,vt melius tutiuſq; vim hoſtiũ reprimerẽt,nuntijſq; Goffredum admonet,quo in diſcrimine ſit res ipſa,& vt celeriter ferat opẽ.Paulopoſt ſupueniũt barbari,& magno impetu nr̃os inuadũt,tot ſagittis ab initio iactis,vt velut nubem in aere facerẽt,ideo multi hoĩes plurimi equi vulnerabantur. Cũ vero cominus pugnari eſt ceptũ,nr̃i virtute illis pſtantes melius etiã ſepti armis multos ex eis obtrũcabant.Qui vbi ſe ſupari ſenſerant ſuo more cædebant retro,integri vero excipiebant pugnã,& idẽ illi,qui aufugerant,rurſus ad prœlium redibant.multi tamen cædebantur,quoniã armati leuiter ſagittarijq; vndiq; ipſos vehementer vrgebant. Sed tanta fuit

B hoſtiũ turba,vt chriſtiani nõ modo eos non poſſent frangere, ſed vix atq; anxie vltra ferrent.Saluti fuit natura loci,ductorũ virtus,& ſpes propinque venturę opis.Quas obres tãdiu extractum eſt certamen,quoad Goffredus cũ ſuis venit.Is extẽplo adortus hoſtem,terrorẽ illi,noſtris lętitiã cũ feciſſet,belli fortuna mutata eſt.Nam qui ęgre barbaros tulerant velut tũ primum inirent pugnam refecti animo eos pręmebant,& qui nupetrime venerant recentes animis corporibuſq; ita feroces inſurrexere,vt hoſtium acies pculſa metu tota penè fluctuaret,quam perturbatam noſtri cernentes acrius annixi eam in fugam auerterunt. Multi in acie fuerunt cæſi,multi dum fugiunt tenente omnia equitatu paſſim interiere.Maior eorum fuit clades,quia prœlio feſſi,&metu exangues cũ circunfundi viderent noſtros,quo ſe cõferrent,vel quid agerent,nõ ſatis ſciebãt,diſperſiq; in varias partes facile opprimebantur.nec montes tutam ſatis prębebant fugam,quos chriſtiani ſequentes barbaros aſcendebant,necubi eos timendos rati,qui diſſipati fractiq; animis vndiq; fugere cernebantur.&cum ex captis eſſet cognitum,caſtra eorũ non procul abeſſe,ad ea op-

C pugnanda duces contendunt, nec magni certaminis res fuit. Nam qui ex pugna in illa refugerát, hoſtem ad eſſe intelligẽtes eodem metu deſerunt caſtra, quo aciem deſeruerant. Itaq; breui ſunt expugnata, licet his relicti præſidio parumper illa tutati fuerint, quæ plena omnis fortunæ militem ditauerunt. Cęcidere de perſis milia hominũ quadraginta, multi etiá capti fuerunt. Ex noſtris autem duo milia fermè deſiderati ſunt. Solimanus qui cũ paucis inter tumultum fugerat, tantum moratus quantum ſat fuit pro his cogendis, qui euaſerant manus hoſtium, ſpe amiſſa tuendę Bithynnię protinus abijt. Ingreſſo Pamphiliam milia quindecim equitum occurrerunt ad opem ei ferendam pergentes, quibus hortantibus ne deficeret animo, ſed cũ haberet magnas copias, & ipſi ſecum futuri eſſent, aduerſus hoſtes reuerteretur. Nam eſſe varios belli euentus, & ſæpe accidere, ut quẽ ab initio fortuna præſſerit, poſtremo magis ac magis efferat. Reſpondit neſcire illos uirtutem hoſtiũ, quos ipſe frequenter ſit expertus, eos enim inuictos eſſe,
D cum numero, audacia, fortitudine præſtent, quod ue pluris longe exiſtimet, claros habeant belli duces, nec poſſe ſperari uictum exercitum ac ualde minutum ijs parem futurum, quos re integra longe maior non tulit. Ideoq; quod reliquũ ſibi fortuna fecerit, ſe minime cõmiſſurum, ut temere dimicãdo perditum eat. Ergo qui auxilio illi uenerant, abiere. Noſtri rurſus partitis copijs complures ui aut metu cępiſſent urbes præſtare duxerunt inceptũ iter mature proſequi, q̃ ultra pro alieno imperio in Bithynnia niti, p̃ſertim quia uictis fugatiſq; hoſtibus tot p̃cipuis captis urbibus paruũ græcis reſtabat opus, quo totam prouinciam occuparent. Igitur quæ cęperát, oppidis imperatori datis celeriter in Piſidiam tranſeunt, ibi receptis quibuſdá oppidis, quæ chriſtiani colebant homines, ultra procedunt, nec multũ progreſſi regionem ſiccitate ſqualidam intrant, cui quiſquis inerat humor ęſtiuo tẽpore pene aſſumebatur, uapore ſolis cuncta torrẽte. Vnicus amnis per eá fluẽs uim aquæ magnam ſuppeditabat, ſed ab initio longe diſtás, auxilium ſerũ chriſtianis fuit. Cum enim biduo proceſſiſſent, & parum aquæ reperiretur, calor uero eſſet immenſus, nec minus deſperatio q̃ deſiderium ſitim accẽderet, prius animi deinde corpora deficere ceperũt, pigebat cõſiſtere ac progredi

gemebant

A gemebant multi, ceu adeſſet extrema dies iam timentes. Caeteruq́ languentiũ paſſim per caſtra cernebantur, triſte ſpectaculum prębentes, & priuſq̃ ad flumen veniſſent, quingenti ferme perierũt. Fœminæ multæ ſecutæ viros intempeſtiuos partus enixe, vel eo caſu efflarunt animã, vel vitæ diſcrimen ſubiere. Poſtq̃ ad flumen eſt peruentũ, inde accidit multis pernities, vnde ſalus quærebatur. Aeſtu enim, & ſiti arentes dum immodeſtius bibunt aquam, eorum ſpiritus oppletis venis eſt recluſus, atq; ita pluſq̃ trecenti oppetiere, plurimi quoq; longo & graui morbo correpti ſunt, triduo ibi ſtatiuis habitis pro recreando parũper milite tot malis anxio atq; affecto duces omnes mouerunt caſtra, egreſſiq; regionem infeſtam ab eo latere iter tendunt, in quo piſidiæ Antiochia erat nobilis, tum & magna ciuitas, ea, quæ in Syria eſt lõge inferior eiuſdem nominis, alia fuit iuxta Meãdrum amnem poſita. Per ea loca temperie cœli & cultu amena omnium rerum cõmoditatem habebant, barbaris cõmeatũ pręmij ſpe ac metu præbentibus, quos duces ipſi ab omni iniuria tutos fecerãt. In Li-

B caonia vbi eſt ventũ, alia rerũ conditio fuit. Fugientibus enim ad montes barbaris vel vrbes opere ac ſitu munitas ſuaq; oĩa ſecum ferẽtibus, inopia rerũ noſtros excipiebat. qui Balduinũ Goffredi fratrem Tancredũq; Boamũdi nepotem cũ magna manu ad explorandum iter præmittunt. reliqui omnes propè ſequũtur ne deficeret cõmeatus, ne ue præter propoſitũ bellare ibi cogerentur. Cito igitur ea decurſa poſtq̃ ad fines peruenerunt, docti ab incolis proxima loca, quæ tum petebant, aquis carere, multis vtribus aqua impletis iumenta onerant, & paulopoſt intrarunt Ciliciã. Tancredus vero agmen præcedens relicto poſt ſe Balduino ad vrbẽ Tarſun primus peruenit. In ea erat præſidium hoſtium, ciues chriſti religionẽ colebãt, magna ex parte Græci Armeni, qui ægre barbaros dominari ferebant, multa indigna tolerantes. Ille igitur fidens ſi admoueat vrbi exercitum oppidanos non quieturos ſpe propoſita libertatis, inſtructa acie ſucceſſit mœnibus. Verbis tamen priuſq̃ armis agendũ ratus, hoſtes per interpretem admonet, ſi vrbem traderẽt, licere ijs cũ ſuis diſcedere. Si vero eam tueri maliat, ſe poſtremo in eos victos iure belli vſurum, quibus ad reſiſtendum vires deſint, extrema ope deſtitutis,

G

C Nec ſi euaderent eius impetum,maiores copias euaſuros tot
vrbium,tot nationum victrices,nec apud illos locum veniæ
vllum futurum.Proinde ſi ſapiant,ſi abire ſoſpites velint,pa-
cem oblatam differendam non eſſe.Barbari paucis horis ad
conſultandum ſumptis,demũ data fide acceptaq; portas ape
ruere timentes populum,quem eis aduerſum & arma ſum-
pturum intellexerant,feramq; opem abſentis regis fore pu-
tantes. Tancredus ita vrbe potitus,quæ opulenta & magna
erat,militaria ſigna in ſummo arcis erigi iubet, quod Baldui-
nus factum indignans,qui parum poſtea ſuperuenerat, nec
æquum cenſens Tancredi ſigna in arce conſpici,cum eo ma-
ior eſſet & clarior,vexillum ſuum deiectis illis eodem loco im
poni iuſſit, ſtudio emulandi excedẽs modum,ſocialis iuris in-
ſtitutiq; ſui non ſatis memor,cui certamen modeſtiæ nõ arro-
gantiæ cõueniebat.Quanto enim quiſq; eſt maior,tanto ma-
gis anniti debet,ne iuſtitia humanitate aut officio ſuperetur.
Sed ſępe exiſtunt in magnis animis clariſq; ingenijs,honoris,
imperij cupiditates, quæ illos frequenter tranſuerſos agunt,
dum magis vmbram gloriæ q̃ veram gloriam ſequũtur.Gra-
D ui quidem cenſura digni,qui prædito magno ingenio rectam
abijciunt rationem , poſitiq; in ſummo gradu fiunt plærunq;
deteriores.Nacti enim rerum arbitria,quodcunq; libet,licere
exiſtimant malo exemplo multis officientes.Vt enim virtus
clarorum principum ſummę prodeſt humano generi magis q̃
alia exemplo potens,ſic eorum exceſſus maxime alios ad ma-
lum trahunt, eo quidem facilius, quo humanum genus ad id
q̃ ad virtutem eſt pronum.Tancredus vero iram diſſimulãs
copia militum Balduino impar,tacitus eam contumeliam tu-
lit,ac die poſtero inde abiens vrbem Adamnem cum ſuis pe-
tit.qua occupata cum audiſſet aliam ciuitatem non procul
abeſſe Maliniſtram ab incolis regionis dictam,relicto ibi præ-
ſidio modico ad oppugnandam eam profectus eſt. Tenta-
tiſq; colloquio barbaris,cum nil pacati reſponderetur,coro-
na vrbem aggreſſus haud magno certamine illa cępit,mul-
tis per iram interfectis. Interea trecenti milites caſtris egreſſi
vt Tancredum aſſequerentur, poſtquam ad Tarſum perue-
nere,petebant recipi intra vrbem,ſole iam in occaſum ver-
gente,quibus hoſpitium Balduino negãte,quia Tancredum

A ducem delegerant inuiſum ſibi atq; infenſum, coacti ſunt humi iacere, ac per prata equos dimittere, ne inopia pabuli cōſicerentur. Hos conſpicati quidam barbari, qui poſtremi ab vrbe diſceſſerunt, alios præpulere non procul profectos, vt nocte illos improuiſos inuaderent. Euntes igitur cito agmine, fecere in noſtros impetū, & ſtratos paſſim inermeſq; vtpote nil timentes ad vnum omnes interfecerunt. ea res vulgata in caſtris ingens odium Balduino contraxit. Prius quoq; inuiſo militibus, q; ſuperbus inſolenſq; in Tancredum fuiſſet. Acceſſit inſuper hiſce malis nouum aliud. Nam Balduino Maliniſtram profecto, petentiq; intra mœnia recipi. Tancredus aditum cum negaſſet memor iniuriæ ſibi illatæ, ardenſq; vlciſcendi libidine, illum cum ſuis eſt aggreſſus. primi qui erant Balduini exercitus abſq; ordine incedentes, cum eo trepide manus conſeruerunt, victiq; breui momento capeſſunt fugam, quæ manaſſet latius, ni Balduinus cum turmis equitum occurriſſet. Is repreſſit Tancredi impetum, tulitq;, quoad reliqui milites iam parati prœlium exceperunt. diu atrox fuit certamē, quoniam ira & virtus emula pugnam ciebant. Vtrinq;
B dux egregius, milites pares nitebantur. nec aliud magis obe rat Balduino q̄ ſattirarij dextra leuaq; a Tancredo diſpoſiti, a quibus multi homines atq; equi vulnerbantur. Sed procedente certamine connixi tandem Balduini milites, qui longe numero præſtabant, Tancredum in vrbe compulerunt, plures tamē ex eis q̄ aduerſarijs interempti ſunt, magna ex parte ab initio cęſi. Poſtero die cū deflagraſſet vtrinq; ira, quā offenſio mutua iam expleuerat, ſubijt animos cogitatio quidnam egiſſent, quale exemplū dediſſent reliquis, q̄ ea diſcordia ſuis cęptis iam partæ gloriæ aduerſaretur. Quid enim fędius dici poſſe, q̄ ea mente à domo pfectos, vt infideles hērent hoſtes, arma in ſe ipſos cōuertere? Inuidiā charitati, humanitati ſuperbiam, paci diſcordiam anteferre? Socialemq; fidē, ſalutē, religionē abijcere? decipere multos? qui ducti aduerſus hoſtes pugnare inuicē cogerētur. Igitur duces ambo ſuadentibus multis pacē ſimul cōſtituerūt, nullo ſigno redintegra amoris pter miſſo, q̄q̄ ſimultatis reliquias remāſiſſe i eis, poſteriora tēpora oſtēderint. Poſthęc Balduinus ī caſtra redijt pro Goffredo anxius fratre, quē egrotare audierat vrſi morſu grauiter ſauciū,

C Ea belua magnitudinis mire ipſi duci obuiam facta venandi
ſtudio nemus luſtranti,quo inſidebat occiſo equo, crus eius
dextrum morſu tranſfixit,deinde erecta in pedes poſteros eũ
prioribus eſt cõplexa.qui ferens fortiter beſtiæ impetum,nec
eius vi ad terrã lapſus,ceruicis villos leua apprendit,ne illa os
propius admoueret. dextraq; educto gladio,qua molli cute
feriri poterat,pectus eiꝰ mucrone hauſit,atq; ita perẽpta eſt.
Tancredus autem vltra progreſſus pleraſq; alias vi aut metu
recepit vrbes,nõnullas quoq; maior exercitus occupauit.Nã
Syriæ propinquantes ibiq; bellum geſturi opportunum cenſe-
bant finitimas regiones capere,ſi magno certamine opus nõ
eſſet.Dum per Ciliciã iter faciunt Armeni eis occurrunt nun
tij magnopere ſuadentes,vt Armeniã peterent.accolas enim
eius prouinciæ chriſtianos fermè omnes eſſe , ferentes ægre
perſas dominos votiſq; omnibus optantes,vt victor exerci-
tus ad eos pergeret,ſpem quippè illos habere hunc vindicem
libertatis Armenioꝝ futurum,ac putare miſertum deum illo-
rum cladis talem opem obtuliſſe.Proinde aiebant ſe à pluri-
mis miſſos,qui duces ad opus tam pium excitarent,præſertim
quia perſæ præfecti prouinciæ pauci & inconditi nullo negó
D cio pelli poterant, nec decere tot chriſtianos ab his negligi,
qui pro chriſtiana ſalute tantũ iter emenſi erant.Hoꝝ verbis
ꝑmoti duces veriſimilia referẽtiũ,neq; ignari chriſtum Arme
nos deum colere,prout ex multis iam acceperant. miſerunt
quoſdam cum parte exercitus,qui maiorem Armeniam occu
parent.quorum aduentu erecti populi,qui ceu ſerui habebã-
tur,defecere ad eos penè omnes. pauci fuerunt,quos in offi-
cio erga hoſtes non fides continuit ſed metus.earum incolæ
vrbiũ,ad quas barbari ſe reduxerãt,natura loci opereq; muni
tas reliquere.quas oppugnare adorti milites breui eas varijs
modis occuparũt.eas res magnã gloriã peperit noſtris, Bar-
baris vero vicinis metũ,vires hoſtium tantũ auctas formidan
tibus,quaſi fatales pro ipſis delendis aduenijſſent. Sciebant
enĩ mouiſſe noſtros ab vltimis penè orbis oris,locoꝝ gen-
tiumq; victores mare tranſiſſe,deinde victis pulſiſq; hoſtibus
Bithynniam occupaſſe, inuitis perſis penetraſſe Pamphiliã,
Ciliciam quoq;,poſt Armeniam ſubegiſſe,ſemperq; fuiſſe in-
uictos,Ergo putabant quodam numine illos actos tantas res

A tam breui adeo geſſiſſe, nec fati vim quieturam priuſq̃ Syriã armis doment. Dum hæc in Armenia geruntur, maior exercitus Cappadociam intrans, quæ à meridie Syriæ iungitur, Cæſaream tradentibus oppidanis recepit veterem vrbem & opulentam, quæ Mazaca dicebatur, priuſq̃ illi Tyberius Cæſar mutaret nomen. deinde captis plęriſq; alijs, Syriam ipſam ingreſſi ſunt. Reliquerant vero in Cilicia Tancredum, qui eã cum parte exercitus totam ſubijceret. Erat in caſtris Pancraces quidã Armenius genere Balduini familiaris, qui ſæpe affirmans regionem eſſe à latere aquilonis fertilem atq; amenam, & eam colere chriſtianos perſis parentes, paucos ibi morati hoſtes qui vniuerſis populis præſunt, pepulit eum à fratre petere, vt pro illa occupãda ſibi equites ac pedites daret. a quo ſex millibus equitum decem peditum acceptis ad ea loca duce armenio eſt profectus, neq; ijs ceptis domina rerum fortuna defuit. Vix enim regionem attigerant, quum aliquot populi defecere ad eum, repertoſq; in oppidis hoſtes occiderunt. Qua re Balduinus elatus putans fortuna ſe offerente vtendum eſſe, mox ad reliqua oppida copias dixit, quæ fugienti-

B bus barbaris populos pariter & hoſtem timentibus abſq; certamine recepit, longe ac late imperium tendens, quod parte ab vna Eufrates amnis terminabat. Tans fluuium ipſum ciuitas erat armis viribus & opibus præpotens Reges tum ab incolis dicta. Eam tenebat Chriſtianus quidam græcus genere chriſtianis quoq; imperans ciuibus, metu vero circunſtantium hoſtium quolibet anno tributum pendens illis protinus parebat. Quam rem idcirco tulerant ciues, q; longe impares erant barbaris, & opem externam deſperabant. Sed poſtq̃ acceperant Syriam noſtros iam ingreſſos ac vulgo ferri nõ prius vltra profecturos, q̃ eam armis omnem ſubegerint, erecti animo nil aliud expectabant, q̃ dari occaſionem rebellandi. Sed princeps eorum alia quadam mente præditus res nouari minime cupiebat barbaro magiſquam chriſtiano ſimilis, verſatuſq; cum perſis diutius eorum fidem ex parte præferebat. Igitur ciues illi infenſi parum abeſſe Balduinum ſcientes arma corripiunt. Occiſoq; principe ſanis conſilijs aduerſante miſere nuntios chriſtiano duci vrbis dominium offerẽtes. qui ſatis doctus eam vrbem claram eſſe, ac facile fore, vt illa re-

C cepta proxime vrbes occupentur, cum toto exercitu am- A
nem traiecit, celeriterq; ad Ragem veniens ab effuſis ob-
uiam ciuibus miro applauſu eſt receptus, quorum ſuaſu poſt
dies paucos ad oppugnandam Serorgem vicinam vrbem
contendit, præerat illi perſa quidem non fortunæ vel tem-
poris homo, ſed qui pro fide pati extremo ſtatuerat, qui
exiſtimans id quod accidit, moturum ſcilicet bellum ho-
ſtem, vrbem (vt potuit) munierat, nec illi ceſſurus vide-
batur. Poſtquam ad vrbem fuit ventum, dux equo mœnia
circunuectus, vt ſitum eius contemplaretur, corona illam
aggredi ſtatuit. Reuerſus ergo ad ſuos propere fieri quid
velit cum oſtendiſſet, tuba dat ſignum inuadendi, concur-
ſuq; vndiq; facto milites acriter ſubeunt muros, & qua erat
facilis aditus multi per ſcalas aſcendebat ſublatis ſupra ca-
pita ſcutis; vt ictus deſuper euitarent. Sagittarij circunfuſi
atq; iacentes tela his tutiorem aſcenſum dabant, ita hoſtem
turbantes, vt vix ſe muris oſtendere auderet. In tali diſcri-
mine aderat vrbis princeps hortator ſalutis, patriæ libero-
rum, coniugumq;) ac ſuæ patriæ ſingulos admonens, & ad B
D clamores repentinos aut trepidos nuntios (vt quiſq; maxi-
me laborabat locus, ipſe occurrebat vel mittebat aliquos,
Vrbis primores muros diſcurrere, fortes hortari, ſegnes ac-
cendere ad pugnam iuſſerat, quibus artibus vnus maxime
ne vrbs caperetur cauſa fuit. Ciues enim ardentius nixi for-
tiſſime reſtiterunt multos de ſcalis deturbantes. Dumq; alij
ſuper alios ruunt, ingens tumultus excitabatur, & lapides
aut tela in muris ſubiectos inſtar creberrime grandinis ca-
debant. Quorum periculo animaduerſo, cum iam irritus
eſſet labor, & hoſti ſucceſſu creſceret audacia, dux rece-
ptui ſignum dedit. Verum ne hoſtes reſpirarent oppugna-
tio per aliquot dies continuatur ita, vt nullum tempus di-
micatione vacuum eſſet. Nec aliud æque obſeſſos ac vi-
giliæ conficiebant, labore aſſiduo eos vrente, cum pauci nu-
mero illum remittere nequirent, noſtris vero inuicem ſuc-
cedentibus ob militum copiam quies dabatur. Balduinus
cum ſciret confectos labore ac vulneribus ciues, bifariam
copias diuiſit iubens vnam aciem vrbem aggredi, deinde

A feſſam caſtra repetere, atque illi ſuccedere aliam, & primam poſtea pugnam reſumere, nec prius eos alternando reſiſtere, quam dies iam inclinaret, & cum atrox eſſet certamen, & oppidani anxie reſiſterent, dux occidente iam ſole ſuos reduxit, & hoſtes rati chriſtianos feſſos finem prœlio feciſſe, præſertim quia diebus priſtinis fermè hora eadem deductos eos ab oppugnatione meminerant, magna ex parte mœnia reliquerunt mirum in modum fatigati. At Balduinus quod ferè putarat, eueniſſe intelligens, cum toto exercitu vrbem inuaſit. Aduerſus quem vndique ad opem ferendam occurrunt ciues ita tamen metu exangues, ita feſſi ac debiles, vt facile appareret eos vim hoſtium non laturos. Procedente certamine cum vehementer noſtri inſtarent, & vrbi præſidens minus caute in ipſis mœnibus verſaretur, tranſfixus telo moribundus cecidit. ad cuius caſum omnes territi amiſſa ſpe tuendæ vrbis portas Balduino aperiunt, pacti prius ne oppidum diriperetur, & eos poſſe abire incolumes, qui remanere in eo nollent. Non longe aberat alia ciuitas Sarines ab indigenis dicta, cui quidam Balduch B nomine dominabatur. Is alienis doctus malis præſtare duxit pro pecunia vrbem tradere, quam vltima expertum opperere. Igitur miſſis Balduino legatis tandem pepigit, vt milibus quindecim Byzantiorum receptis illi ciuitatem relinqueret. Qua pecunia perſoluta ex Gaza quondam Græci principis, vrbs noſtris tradita eſt. Inter hæc maior exercitus Antiochiam petens vrbem occupat Marſem vocatam dedentibus oppidanis, nam præſidio ibi relicti metu noſtrorum aufugerant. Huic præficitur Petrus quidam Gallus genere vulgo Alpinus cognominatus. Progreſſi vlterius ad Coſaor ciuitatem venere, quæ infra triduum expugnata in prædam militibus conceſſa eſt, vt fructum aliquem tot laborum ſentirent. Deinde vallem ingreſſi Ruſiam tunc ab indigenis dictam, vbi ad exitum peruenere, qui anguſtum admodum erat, reperiunt eum ab hoſte inſeſſum, quo tranſitum impediret. Et erant milia hominum duodecim, qui in locis anguſtis & præruptis conſtiterant, qui deiecti poſt longam pugnam cũ magna cæde profligantur. Poſt quam victoriam pleraque oppida illius regionis armis noſtrorum capta ſunt.

A Ita ponte turribuſq; occupatis maiores copiæ ſuperueniunt, & pontem tranſgreſſæ propè illum metarunt caſtra, nec aliquis ducum aut militum aberat Balduino excepto, qui vnà cum ſuis in Rage vrbe ac proximis agris morabatur. Tancredus enim ſubacta Cilicia, & alij ex Armenia redierant. Ibi cõſilio aduocato, cui ductores omnes intererant, agitatũ eſt. num obſidenda Antiochia eſſet, ducto mox ad eam exercitu, an hyeme inſtante (nouember enim menſis erat) differri obſidionem placeret, maxime parti videbatur, quietem militi dandam eſſe, mittendo eum percaptas vrbes vt ex labore cõtinuo reficerent, præſertim cum vrbs tam valida longa obſidione domanda eſſet, in qua per hyemem grauia multa ſubirentur, præſertim fames præ inopia commeatuum, qui mari ac terra clauderentur. Ergo ſi tunc ciuitatem obſideant cum multis incommodis & hoſte ſimul luctandum eſſe. Aſſurgens autem Goffredus in hunc modum locutus fertur. Si quiſq; veſtrum animo repetet, qua mente à domo profecti ſumus, & quid periculi differendo in bello adeatur, minime forſan præ-
B ſentem quietem ſaluti & laudi ante ponet. Sic enim quies eſt optanda, ſic à periculis eſt cauendũ, vt prius decoris & ſummi diſcriminis ratio habeatur, ab ijs præſertim, qui rebus magnis clarum initium dederũt. Præſtat enim res arduas non incipere, q̃ ceptas temeritate aut metu deſerere. Vobis domi quietem agentibus Chriſti religio, noſtrorum clades, Laudis amor pia & iuſta induerunt arma. Vos relinquere patriam, ſummos labores, pericula maxima vltro ſubire ſtatuiſtis, non ignari q̃ grauis q̃ anceps hæc expeditio futura eſſet. Nã quis putaret mediocriter ſapiens tã longum iter facile confici, tot vinci hoſtes, tot oppida expugnari abſq; ſummis difficultatibus poſſe? Decet ergo tanta exorſos maiore ſtudio ſemp niti, labori vel metui nõ ſuccumbere, fortunæ ſecundę nõ deeſſe, habere tẽporis rationẽ, cuius occaſio ſi prætervolet, nequicq̃ poſtea coneris. Itaq; ſi oſtendero tantũ bellum grauius fore, quãto magis differatur, & multa interim poſſe accidere, quæ cladis magnæ, vel ſummi periculi cauſa eſſent. Sic oportebit vos decernere, vt veſtro decori ſalutiq; omnium conſulatur. Cunctis vt ſcio ſatis cõſtat prouinciã hãc perſarũ regi prorſus parere, cuius arma & opes ita pollent, vt per Aſiam totam ti-

C meantur, qui ſi adhuc quietẽ egit fiſus forſan illis copijs, quas
præfecti eius habebãt, vel alijs rebus occupatus vbi acceperit
victos exercitus, tot prouincias captas eſſe, ac Syriam totam
bello vti, ne diu vobis reſiſti poſſe, cõmouebitur credo & pro
pijs iam admotas vires armis delere properabit. Nam quid
aliud credi poteſt? niſi hũc forſan imbellem ſtultum, ſui obli-
tum arbitremur? Cuius res geſtę adeo magnæ referuntur, quẽ
vniuerſus metuit oriens, cui tot gentes feroces parent, qui li-
bidinis augendi regni dedit ſępe documenta maxima. Si ergo
placeat operiri æſtatem, hyeme autem conquieſcere, facultas
dabitur huic regi arma, viros, equos parandi, ferendiꝗ ſuis
optatam opem, quos licet nunc haud dubie vincere, claramꝗ
vrbem per ſummum ocium expugnare. Patet igitur quid pe-
riculi rem differendo ſubeamus. neq; id parum exiſtimo, ꝙ
Reges alij, qui hunc fortaſſe prius oderant, veſtras opes tan-
tum creſcere non æquo animo patientur, & perſas potius q̃
vos Dominos in his prouincijs eſſe volent, ꝙ eorum religioni
aduerſi eſtis, perſæ vero eandem ſeruant. Ideoꝗ vos magis
q̃ illos formidabunt, nec de imperio vobiſcum, ſed de vita &
D ſanguine dimicandum credent. Hi ſi arma cum illis iungent,
quo indiſcrimine tandem erimus? an pauci tam multos fere-
mus hoſtes. num commeatu illis inuitis abundabimus? an ſi
(quod deus auertat malum) illi in bello magis poterũt, ſpes
euadendi erit vlla, vel opem à domo arceſſemus? Igitur dum
quieſcunt, dum hyems eos domi continet, dum rogari multi
expectant, adeſt nunc facultas Antiochia potiundi. qua non
vti, ſed cum deſidia tempus terere, hominis eſt à veſtra vir-
tute alieni, qui de bono communi, de vera laude non cogi-
taret. Id ne quoꝗ vos commouet? ꝙ videlicet vrbi pręſidens
tanto melius eam muniet, quanto magis obſidio differetur,
ſuorumꝗ animi magis indies confirmabuntur, atꝗ inde au-
gebitur labor, vnde à vobis quæritur quies. Quale igitur eſt
conſilium in id tempus rem differre, in quo pernities propè
certa, labor immenſus proponatur, & vano metu corpus ido-
neum nihil agendo labi ſinere. Quod ſi liceret ocio frui, ac
tuto æſtatem expectare, tamen veſtra virtute dignum eſſet,
non lente vel molliter bellum gerere, ſed eo ſtudio atꝗ ani-
mo, vt nec vinci labore aut periculo videamini. Plurimum

A quoq; intereſt ad diſciplinam militiæ inſueſcere milites noſtros, non ſolum parta victoria frui, ſed ſi etiam res ſit lentior, pati tedium. & quanuis ſeræ ſpei exitum expectare. nec ſicut æſtiuas aues inſtante hyeme tecta ac receſſum circumſpicere. Nam ſi venandi ſtudium ac voluptas hominum per niues in montes, ſiluaſq; rapit, num belli neceſſitatibus hanc patientiam adhibebimus, quã vſus ac voluptas elicere ſolet? Adeo ne effœminata corpora noſtrorum militum eſſe putamus? adeo ne molles animos, vt hyemẽ vnã durare in caſtris non poſſint? Erubeſcant profecto, ſiquis hoc illis obijciat, cõtendantq; animis, & corporibus ſuis vim ad maiora ferẽda ineſſe, ac meminiſſe gloriã ipſam nõ in vmbra & tectis quæri cõſueſſe, ſed multo ſudore, præclaris geſtis, inuicto corporis atq; animi robore. At cõmeatu per hyemẽ carebimus, ita enim quidam dicebãt, quod vti res nunc ſe habet, minime verum eſſe poteſt. Nam captę vrbes commeatum dabunt, ad idemq; regiones finitimæ ui aut metu cõpellentur, eo quidem facilius,
B quo quicqd roboris hoſtes habent, in Antiochia eſt incluſum. Reliqua loca nuda penè præſidio remanſerunt. & ſi hucuſq; vos profectos arma ipſa aluerunt, cur deinceps inopiam formidatis? An deficient nobis animi, an manus torpebunt, an peiores in bello erimus, q̃ ab initio fuimus? Nec mare etiam toto hoc tempore clauſum erit, quin mercatores ex ipſa Grę cia & alijs locis ad portum nobis propinquum tendant, frumentum & alia ferẽtes, quæ vos emere, atq; in caſtra deferre vetabit nemo. Et proponitur difficultas, cũ forſan longa foret obſidio, Quid ſi breui vrbs caperetur, prout poſſet accidere, non ne cauſæ, quæ vos angunt, vanæ protinus apparerent? puderetq; conſilij veſtri, quod rem præclaram adeo ſalubrem perturbaſſet? Quod ſi ſpes deficeret noſtra, cõmeatuq; carebimus, licebit mox obſidionem ſoluere, militemq; in hyberna deducere, neq; id parum ad laudem proderit, ſi non per ignauiam ſed coacti ceſſiſſe videamur. Proinde vos hortor atq; oro, vt qua virtute bellum cępiſtis, eadem quoq; proſequamini, ne quid in vobis præſentes increpent, vel poſteri, ne ue pœnitentia ſera malum conſilium ſequatur. Tali oratione permoti omnes exercitum ducere ad Antiochiam obſidendam decreuerunt.

C BENEDICTI ARETINI DE BELLO A chriſtianis contra Barbaros geſto pro Chriſti ſepulchro & Iudea recuperãdis. Liber iij.

ANtiochia vrbs in valle ſita vberes circa irriguoſq; ſalubribus aquis campos habet, ab oriente ſubiacet montibus, qui culti & fertiles milia paſſuũ quadraginta longitudine ſiue ambitu explent. ex his fontes multi, riui perẽnes, puri vbiq; manant latices. In his eſt lacus nobilis valde piſciũ copia ſex milibus paſſuũ ab vrbe diſtans, qui mons à meridie vallem claudit Orontes dicitur, & hunc inter amnem ꝙ Orontẽ dictum ciuitas ipſa ſita eſt, ab occidẽte mons alius valli eminẽs. Neros appellabatur, ꝙ aquis abundet ſic vocatus. intra vrbem duo ſunt colles, quorũ in altero, qui eſt celſior, arx penè inexpugnabilis erat. vrbis ambitũ longe magis q̃ late ſex milium paſſuũ fuiſſe tradunt, qua parte illa in plano eſt, portæ quinq; aditum atq; exitum dabant, quarũ vna, priuſq̃ perſæ illam ca-

D perent Diui Pauli ob templum eius propè ſitum dicta eſt ad orientem verſa. Diui Georgij alia vocabatur occidentem ſpectans inter has duas vrbs in longum tendebatur. Ab aquilone tres erant aliæ, quarũ vnam canis portam incole appellabant, propè quã pons vnus erat ad tranſitum ſtagni ædificatus. alia ducis dicta fuit, ꝙ contra illam dux Goffredus caſtra fecerat. tertiam pontis dictam ferunt, ob pontem lapideũ propè ſitũ, ex quo tranſeundi Oronti facultas dabatur, qui à porta ducis vſq; ad pontem non longe à muris vrbis decurrit, quod ſi nõnullis veterum credimus, qui per eam amnẽ fluxiſſe litteris tradiderũt, fateri oportet illius formã imminutam ac mutatã fuiſſe. Huic vrbi ac totę Syrię Aſias quidã præſidebat ab rege perſarũ his p̃fectus, qui pro vrbe tuenda milia peditũ ſeptuaginta, decem equitũ intus conduxerat, abundans quidem rerũ copia, quæ neceſſariæ viſæ ſunt ad ferendam obſidionẽ, propugnaculis etiã ac telis oppidum munierat. Ad illud profecti duces partam, quæ in plano eſt, obſederũt, his locis exceptis quæ occupari flumen impediebat, à parte montis intermiſſa

A obſidio phibente loci natura milite vrbē cingi vel ſepiri operibus. Tentata deinde ſæpius oppugnatio, cū parū proſpere ſuccederet, prœlio duces abſtinuerunt, & incertum qua cauſa nullis machinis vſi, cū quibus quati ſolent mœnia, intactis muris aſſidebant. quo ne amnē tranſire poſſent pabulum equis, aut prædam quærentes pontes ſublicium cōſtruxere à porta ducis parum diſtantem, per quem noſtri longe ac late prędas agebant. Qui vero erant in vrbe hoſtes nacti ſæpe idoneum tempus crebras cū noſtris edebant pugnas, nec aliunde q̃ ex ponte lapideo magis nocebant, quē ſuper amnē cōſtructum diximus. Frequenter enim tranſmiſſo illo iumenta, equos atq; homines vulnerabant. quod egre paſſus Toloſę princeps (is enim ponti erat propior) ligneā turrim ad caput pōtis obijci iuſſit, armatoſq; deſuper ſtare, qui hoſtes à trāſitu prohiberēt. ſed illi nacti ventoſam diē, videnteſq; noſtros in caſtris quietos eſſe porta egreſſi vſq; ad turrim peruolarunt. qua incenſa cū alimenta flaminis darentur, prius illa eſt exuſta, q̃ ſubſidiū ferri poſſet. Ea re duces cōmoti miſere ad pontem armatos multos, qui eū celeriter interſcinderent. ſed ea fuit operis fir-
B mitas, talis in prohibendo ardor hoſtium, qui ſagittas ex muris inſtar grandinis emittebant, necnon tormenta omnis generis, vt parum ex ponte fuerit dirrutum, noſtriq; opus deſerere cogerentur. Sic iſte quoq; irritus tandē fuit labor, & quidam ex Gallis periere, multi vulneribus affecti ſunt. His incōmodis noſtri accenſi, quæ ignominiam afferebant, magno conatu ſaxis ingentibus portam pontis obſtruxerunt, ac ne illa hoſtes deijcerent, militum ſtatio fuit miſſa, quæ molem obiectam cuſtodiret. Hoc tandem modo quod ex ponte imminebat periculum eſt ſublatum. Sed quo Boamundus erat locō non mediocre fuit diſcrimen. Caſtris enim īminens collis cōmoditatē dabat hoſti ſæpe noſtros inuadendi, & penè abſq; periculo de loco ſuperiore plurimos vulnerandi. Quo igitur ea demeretur facultas duces in eo colle validam turrim ædificarunt, locatiq; ibi milites facile caſtra tutabātur, quo eſt effectum opere, vt noſtri velut vrbe incluſi ſecuri eſſent. Nam ſolis ab ortu eiuſmodi arx, à meridie muri vrbis paludeſq; circūſtabant, ex occidente ac ſeptentrione ambibat fiumen. Poſt hæc quingenti fermè ſimul pedites atq; equites quū die qua-

C dam flumen tranſiſſent, ac vagi abſq; ordine proximos agros
popularentur, id cõſpicati ab vrbe hoſtes mox armatos mul
tos miſere, qui eos inopinãtes inuaderẽt. Hi ponte aquã trãſ-
greſſi fecere in noſtros impetũ, fuſoſq; leui certamine magna
ex parte conciderũt, multi fuga pontẽ petentes quẽ à noſtris
cõſtructum diximus incidere in hos, qui pontis aditũ interclu
ſerãt. Ideoq; diſperſi multi in varias partes, fuga ſibi ſalutem
quærebant, plurimi quoq; amnẽ ingreſſi cũ vadum non repe-
riſſent periere. Quod poſtq̃ in caſtris fuit notum multi ex tem
plo ſumpſerunt arma, traiectoq; amne victoria lætos inua-
dunt hoſtes, ac multis occiſis, reliquos omnes in fugam ver-
tunt. Nec ad lapideum vſq; pontẽ ſequendi noſtri vel illi fugę
finem fecerunt. Ibi autem acrius denuo pugnari eſt cæptum.
Nam miſſæ ab vrbe maiores copię quæ perculſis opem ferrẽt,
maxime noſtros repreſſerũt, & valde inſtantes poſt longam
pugnam fuderũt eos. Numero enim prę̨ſtabant illis, integriq;
aduerſus iam feſſos dimicabant. Nec parua ſtrages fugientiũ
fuit, qui vbi ad pontẽ ꝑuenere, per quẽ ad caſtra erat reditus,
D dũ trãſcendere illum properãt, nil præter hoſtẽ formidantes,
ita ſe inuicẽ denſi præmebãt, ruebantq; alij ſuꝑ alios, vt multi
ſuffocantur vel in fluuiũ caderẽt. Ea clades exemplũ ſalubre
fuit reliquis, ne temere ꝓcul à caſtris vagarẽtur. ſed aliud hos
inuaſit malũ. Nã poſt tres exactos menſes ꝗbus obſeſſa vrbs
fuerat, fames p̃mere illos cę̨pit, ꝗcq̃d.n. cõmeatus aduexerãt,
penè iam cõſumptum erat, nec vnde nouus parari poſſet ſatis
expediebat. Aucta eſt difficultas ea ob imbres magnos multis
diebus cõtinuatos, qui longius ꝓgredi pabuli aut frumenti cã
ꝓhibebãt, aquis fermè cuncta tenẽtibus. Itaq; tanta inopia eſt
ſecuta, vt multi equi homineſq; famè perierint, & oẽs torpor
deſperatioq; inuaſerit. Ideo plurimi abeuntes in ea ſunt pro-
fecti oppida, quæ ſatis ante capta fuerant, nec ferè in caſtris
manſiſſet quiſq̃, niſi mox fuiſſet prouiſum. Duces enim conſi-
lio habito cũ iam pluuia præteriſſet, partẽ exercitus miſere,
quæ longe ac late prædas ageret, & cõmeatum adducere ui
aut metu niteretur. His dati ſunt duces Boamundus ac Flan-
driæ Prĩceps. qui mox profecti breui ſpatio frumẽti ui magna
cæterarũq; rerũ ſunt potiti. Sed quũ ad caſtra reuerterentur,
præmiſſi exploratores illis nuntiant nõ procul eſſe hoſtes mul

A tos & in ſilua latentes aduentum eo℞ operiri, quo præda gra ues adoriantur. Arte vtendũ duces rati in duas acies copias diuidunt. primã duxit Flandriæ princeps, Boamundus poſtre mã, paſſus mille à primis diſtans, moraq́ de induſtria faciens, vt neminem ſequi hoſtes opinarentur, ac deſpecta eo℞ pau- citate audacius eos inuaderent. Nec eũ ſpes fefellit ſua. Bar- bari enim primos aggreſſi à fronte à tergo inſiſtebant, & om- nium oculos animoſq́ occupãte certamine prius affuit Boa- mundus, q̃ hoſtes eũ venire animaduerterent. quos ille ador tus ingẽtem ſtragem protinus fecit, nec ſuperfuit ferè quiſq̃, qui in prœlio aut fuga non cæſus, aut captus fuerit. proceden tibus noſtris nuntiant quidã die ſequenti ingens hoſtium ag- men venire dimicationi paratum, ac per arctas valles ince- dere, vt campos nacti eos aggrediãtur. Noſtri putantes loci anguſtias eis vtiles, hoſti vero aduerſas eſſe ſolũ ex equis de- certanti & ſparſim vndiq́ fundi ſolito celeriter ſunt profecti, quo illos in valle reperirẽt. Primus ergo ad hoſtes venere, q̃ ij ex ea emerſiſſent, & de loco ſuperiore pugnantes tandem eos profligarunt, multis in acie vel fuga occiſis. Inter hæc for-

B tuna diſpar in caſtris fuit. Aſias enim vrbi præſidẽs certior fa- ctus noſtro℞ partem magnam abeſſe, ſuperſtites frigore ac fa mæ cõfectos, Goffredumq́ febri correptũ grauiter egrotare, vagari milites abſq́ ſignis, nec reliquis ducibus parere, partẽ caſtro℞ eſt aggreſſus. Sed qui pro caſtris cuſtodes erant cum ad arma conclamaſſent, eò à multis eſt concurſum, vnde pe- riculum imminebat. Et q̃q̃ ingẽs fuerit pugna multiq́ vtrinq́ caderent, tamen vehementius noſtri annixi perſas in fugam auerterũt. Dum illi cedunt, hi ſequũtur, equus inſignis p̃tioſe ornatus, ex quo perſa q̃dã deciderat, verſus caſtra fugiebat, ad quẽ capiendũ multi ex acie quũ ſe verterẽt, & curſu equũ ſequerentur, creditũ eſt à turba reliqua, quæ in poſtremo erat agmine primos ab hoſte victos eſſe. Itaq́ metu perterriti fu- gere oẽs inceperũt. Quod Aſias cõſpicatus dum à fuga repri mit ſuos, pugnãq́ hortatur capeſcere, voce ac manu eos oſtẽ- dens, qui terga verterant, facile ſuos ad pugnam cõpulit. No- ſtri autẽ ſatis trepidi ob intellectam ſuo℞ fugã, vix primũ im- petũ perſa℞ tulerũt, & curſu effuſo petẽtes caſtra magna ex parte cæſi fuerunt, luctuſq́ ingens ex ea clade in caſtris fuit.

C Poſt reditum Boamundi ac Flandriæ reguli qui commeatum magnũ aduexerant, & equos multos in prœlio captos, totus exercitus recreatus eſt, & qui ob famem prius abſceſſerant rediere. Nec multo poſt Goffredus dux omnibus præſtans ad proſperam valitudinem rediịt. Cũ in hoc ſtatu noſtri eſſent. Aegypti Rex haud ignarus ideo noſtros cępiſſe arma & tot prouincias peragraſſe, vt demum Iudeam occuparent, putanſq; ſibi conducere, vt hi cũ perſis diutino bello implicarẽtur, ſuos legatos adduces miſit, qui eos hortati, vt cęptis inſiſterent, opem regis offerentes, ampliſſima munera ipſis dederunt. His benigne comiterq; ſuſceptis reſponſum fuit, gratias duces Regi agere, cũ ob munera, tũ etiã q; eos amicos, q̃ hoſtes malit, auxiliũq; polliceatur, quo ſi egere exiſtimauerint, protinus eos vſuros eſſe, ac ſi cęptis fauerit deus intellecturũ regem amicitiam ſuam illi fidam atq; vtilem fore. Poſtquã legati abierunt id tentatũ eſt ab hoſte, quod ſi noſtros latuiſſet, ingens periculum ſubituri erant. Aſias enim aliquid rurſus conandum ratus, quo chriſtianos malo domitos cogeret demũ inde abſcedere, nuntijs docet perſas quoſdã, qui magnas vrbes ĩ Syria obtinebãt, ſe in diſcrimine graui eſſe, nec diu poſſe

D vrbem tueri, quũ neceſſaria iam defecerint, viaſq; omnes obſideri, ne quid in ea deferri poſſit, oratq; illos, vt magnas copias vndiq; cogant, & ei celerem ferant opem, cũq; venerint propè hoſtes idoneo loco ſe occultent, indicent ei ſuũ aduentum, nec prius ex inſidijs prodeant, q̃ pontem hoſtes tranſiſſe acceperit, ac ſecum prœlio iam decernere, ipſum enim anniſurum vt citra pontẽ chriſtianos eliciat. Hi ſe facturos id polliciti ex Alapa Cæſarea & Aman claris vrbibus atq; alijs magnum exercitum coegerũt, è veſtigioq; mouentes Antiochiã petebant. In his, de quibus dixi oppidis, plures erant viri Armeni ſub chriſti cultu vitam agentes, qui vbi hæc parari viderunt, clam per nuntios totam rem noſtris aperuere, qui mox conſilio inito ſex milia equitum decem peditũ armari iubent. His duces præficiunt Goffredum & Boamundum, qui celeriter contra barbaros ducerent. Hi ſilentio noctis mouentes ad ea tandem veniũt loca, quæ inter ſtagnũ ſunt & Amnẽ Aufer ab incolis dictum, ibiq; ſubſiſtentes lucis aduentum expectabant. Quæ vt primum affulſit, nonnullis præmiſſis qui hoſtiũ

iter

A iter explorarent,inſtruunt equitum ac peditum aciem,quadrato agmine leniter vltra progrediuntur. Vix mille paſſus viæ confecerant,quũ præmiſſi eis renuntiant,hoſtes non procul abeſſe,inſtructoſq; ad eos tendere. Nam qui præcedebãt hoſtium ſigna,noſtros venire patefecerant. Ergo expediunt ſe ad pugnam,& mox aciem barbarorum inuadũt. Atrox quidem editur prœlium,aliquot horis adeo anceps,vt vtra pars eſſet ſuperior diſcerni ſatis non poſſet. Duces ambo lectos quoſdam ſecum habebant cum quibus circũſpicere,& obire ad ſubitos hoſtium conatus poſſent,Qui eos videntes multitudine fretos circuire à cornibus & amplecti ſuorum aciem, poſitos in ſubſidijs dextra leuaq; in primam aciem procedere iubent,locatos in fronte ardentius inuehi,ſignaq; in hoſtes inferri. Qui tandem loco ſummoti,cum parte ab omni cæde ingenti ſternerẽtur,terga omnes verterũt. Cæſa ſunt in eo prœlio ſex milia hominum,multi etiam capti fuerunt,equorũ ingens numerus in poteſtatem victorum deuenit,quibus maxi-
B me indigebant. Nam multos fames,vis frigoris magna in caſtris abſumpſerat. Ea victoria multum erexit noſtrorum animos,hoſtes vero ita conterruit,vt iam de ſalute deſperarent, præſertim quia iam fame præmebantur. Et quo his creſceret magis dolor victores reuerſi capita mille,quæ ab humeris peremptorum præciſerant,machinis intra vrbem proiecerunt. Quo tam triſti ſpectaculo ita mœſta ciuitas fuit,vt nemo à lachrimis temperaret. Poſt hæc Genuenſes quidã quũ in portu nõ procul ab vrbe multum frumentum nauibus aduexiſſent, miſere quoſdam ad principes,qui cõmertium eius offerrent. qua ex re maxime læti,q; inopia laborabant pro frumento habendo iumenta multa ad mare tranſmittunt,ſimulq; duo milia peditũ & mille equites ducibus Boamũdo & Toloſę principe. Quos profectos Aſias gnarus milia quattuor delectorũ equitum,alia via ire iubet,& loco idoneo reditum hoſtiũ operiri,vt eos inopinantes opprimerent. Ergo redeuntibus noſtris hi ex inſidijs obuiam facti cum illis acriter conſerunt manus,& primo concurſu multos pedites interficiunt,ideo reliqui metu exangues & inopino caſu attoniti paſſim per agros diſſipantur,ſolis equitibus pugna relicta,nec ducũ preces,vel minę quicq̃ ad eos tenendos proderant. Ea fuga duces territi

C admonent equites, vt globo facto magnó impetu hoſtes inuadant, præruptoq; illorum agmine celeriter ſe in caſtra recipiant, aliter vero ſpem euadendi nullam eſſe. Itaq; denſi ordinibus in ipſos perſas irruunt equites, & cum ſtrage ingenti eorum aciem perrupere; deinde ad caſtra tendũt iter, nuſquam trepide, nec effuſæ cædendo, ſed conferti euntes ſe ab hoſtibus tutabantur, qui iccirco remiſerant impetum, nec ſimul perſecuti ſunt eos, quia pars magna incędendis peditibus vel iumentis præ ſe agendis verſa fuerat. Interea nonnulli pedites, qui primi ex acie in caſtra refugerant, victos noſtros nunciantes, ac magnam partem eorum cæſam tumultum cum luctu excitarunt. Goffredus de ſociorum ſalute anſius iuſſis omnibus arma capere circa pontem lapideum pergit, ibi corona eorum facta qui ducebant in exercitu ordines. Credo inquit viri fortiſſimi ſi vobis notum prius fuiſſet, eò profectos eſſe hoſtes, vbi deleri armis poſſent, quilibet veſtrum ſibi ad eos properandum putaſſet. Cum vero nunc hi noſtros fuderint, quorum multi occubuere, cum ſit incertum an ſupſint duces clariſſimi, an vero in pugna perierint, B

D quo tandem animo eſſe debetis? Non ne decet vos anniti, vt cæſi ſocij vindicentur, & qui ſuperſunt, ſæuas vitent hoſtium manus, atq; honeſte potius mori, quam ſinere, vt barbari de hac victoria, de veſtro dedecore glorietur? Eſt profecto erubeſcendum vos tot gentium iam victores, qui vrbes multas, locorum aſperitatem, frigus, calorem ſuperaſtis, à paucis perſis iterum iam fugatos eſſe, qui præ metu ſe in vrbe abdiderunt. Ego quidem eo animo arma indui, vt vbi victor acie non excedam, ſi vobis idem eſt ſuaſum, haud equidem ambigo, quin cæde hoſtium cladem acceptam vlciſcamur, ad quos vincendos non curſu aut longo tinere opus erit. Vobis enim hic morantibus ipſi occurrent ſtatim perſæ, vt per hunc pontem ad vrbem tendant, eos in conditos feſſoſq;, nullo negotio ſuperabitis. Nec ſi quam Aſias mittet opem, hi propterea tuti erunt, obiecti enim ponti milites tranſitum eius prohibebunt, quanuis ego eos omnes parui exiſtimem, numero enim ac viribus impares, vos nõ ferent, quorum impetum magni exercitus non tulerunt, nec aliter ipſi opinantur. Nam ſi ſe pares exiſtimarent, nõ mœnia obſideri, nõ vrbẽ

A Includi paterentur, ſed ab initio acie dimicaſſent. Ergo adeſte animis omnes, & bonam ſpem vobis proponite. Deus enim quos hucuſq; duxit victores pro ſuo numine, pro virtute pugnantes minime vinci patietur. quod ſi aliter ſtatuiſſet, & ſpe iam certa fruſtraremur ingens accedet vobis præmium. Nam pro illius laude, pro mundi ſalute morientes, expiatis delictis cœleſtem gloriam conſequemur, quæ cauſa fuit vt ſummos labores, pericula maxima paci & ocio prçferretis. poſteri quoq; nomen veſtrũ ſummis laudibus grata memoria proſequẽtur. Ita erectis omniũ animis qua venturũ credebat hoſtem, tripli cem aciẽ parũ vltra progredi iubet, hoſteq; loco idoneo expectant. ipſe cũ reliquis ad pontem ſubſtitit, ita inſtruẽs eos, vt pars ad vrbem verſa ſtaret illis oppoſita, qui pontẽ tranſgredi niterentur, ſuiſq; auxilium ferre, pars cum duce praſto eſſet, pro his delendis qui pulſi Antiochiam peterent. Aſias eo inſtructus ratus pergere, quo ſuos opprimant equites, iubet milites arma capere, paratoſq; ad pugnam eſſe, cũ erumpendi ſignum acceperint, his de plebe addidit multos, quos

B integræ fidei ac bello ſtrenuos nouerat certo propoſito dimicandi ne ſui ab hoſte delerentur. Dum hæc vtrinq; apparantur, equites hi qui noſtros fuderant eos perſequebantur, & multis iumentis præ ſe actis, quæ onerata erant frumento verſus pontem tendebant abſq; ordine procedentes, q; elati victoria exceſſerant modum, nec ſupereſſe alios hoſtes, atq; illos poſſe opprimere ſatis meminerant, quã Socordiam ſecundæ res frequenter pariunt, vel rectius dixerim temeritatem. Ita ergo redentes incidere in eos, qui ab hoſte præmiſſi erant, & inopino caſu attoniti eorum impetum non tulere, ac multis cæſis reliqui fuga pontem petebant. Hos Goffredus medio nactus ita cæcidit, vt ex quattuor milibus equitũ, (tot enim fuerunt,) euaſerit nemo, quin occiſus aut captus fuerit. Dum hæc cis amnem fiebant Aſias pugnam conſpicatus ingenſq; diſcrimen ſuorum cũ omnibus copijs ad pontem pergit, tranſire conantem obiecti ſibi prohibent milites, magnumq; committitur prœlium, dum hi tranſire, obſtare illi ſumme nituntur. Multi ergo armis cadebant, plurimi vero ex ponte ruentes flumine merſi periere. nec demum noſtri tuliſſent hoſtes, ni deletis equitibus duces ad eos properaſſent.

C Hi repreſſis primo barbaris, deinde ſumma vi repulſis, poſt longam pugnam pontem tranſeunt, perſæ autẽ paulatim cæ dentes vbi venere ad locum editum rurſus cũ noſtris pugnã ineunt, quibus cum hoſte ac loci natura lucrandum eat, & cũ nõ procul ab vrbe pugnarent, ſtantes in mœnibus viri ac fœ minæ hortabantur ſuos, hoſtes vero ſagittis ac ſaxis feriebãt. Clamor pugnantium adhortantiumq́ꝫ parte ab omni fuit tan tus, vt cuncta circa longe ac late reſonarent, nec ducum vo ces quicq̃ iubentiũ audirentur. Erat igitur maior vſus oculo rum q̃ aurium, & ſibi quiſqꝫ ob ingens periculum dux & hor tator erat factus. Accendit quoqꝫ noſtros milites ducum vir tus, qui fortiſſime inter primos pugnabant, plerũqꝫ etiã acies obeundo, quid foret ex vſu voce manuqꝫ oſtendebãt, ſua prę ſentia pugnam cientes. cuncti enim corã illis fortes videri ni tebantur, perſæ autẽ loco freti acerrime reſiſtebant. Itaqꝫ ho ris tribus eſt pugnatũ, adeo quidẽ æquo marte, vt vter bello eſſet ſuperior, non ſatis conſtaret. Dum vtrinqꝫ dimicant pa riter, barbarus quidam ingens corpore ducẽ Goffredum ob ſeruabat, cernens enim quocũqꝫ ibat illum ſtragem hoſtiũ fa

D cere, putanſqꝫ hunc præcipuũ eſſe ducem, quẽ tot viri in acie ſequerentur, decreuerat animo eũ perimere, vel clara morte vitam amittere. Ergo idoneum tempus nactus, in ipſum ducẽ equũ concitat, nec vitare ictum valentem haſta infeſta in ili bus percutit, arma vero vulnus prohibuerunt, ad quẽ ſtatim verſus Goffredus dextera leuaqꝫ ſtricto enſe illum obtrũcat, deinde ſuos hortatus, vt ui hoſtes propellerent, ita inſtitit, vt perſæ territi, ab ea parte pedem retulerint. quã inclinatã vi dens aciem, iubet ſuos acrius inuehi, ſignaqꝫ in eam inferre, quorum impetu victi barbari fuga ſibi conſuluerunt. Horum exẽplo alij territi, qui vix iam chriſtianos ferebant, fuga effuſa terga verterunt. Et vbi ad portas fuit ventũ, omnes dum pro perãt vrbem ingredi, inuicem ſibi aditum obſtruebant, quæ res maioris cladis fuit cauſa. Nam in hos victores delati maxi mam cædem edidere. Perſæ autem cædi ſuperſtites vrbem in greſſi portas trepide clauſerunt. Ideoqꝫ oppugnatio vrbis eſt omiſſa, duces enim laſſitudini militum timebant, quũ tot ho ras prœlio decertaſſent. Cæcidere in acie ſeu fuga hoſtiũ mi lia fermè, XV, reliquos tantus terror inuaſit, vt poſthac por

A tas egredi non auderent. His acceſſit aliud malum, nam præ-
mente vrbem inopia, præſertim pabuli pro ipſis equis, miſe-
rat Aſias equos multos, qui extra vrbem paſcerentur, & erat
locus in quo ſtabant tribus milibus paſſuum ab ea diſtans, ibi
appoſiti ſunt cuſtodes, ne fugerent equi, ne ue ab hoſte cape
rentur. id exploratum noſtri habentes, validam manũ eo mi-
ſerũt, vt equos omnes inde abducerent, qui profecti occulto
itinere cæſis cuſtodibus tria milia validorum equorum dedu-
xere. quæ res vehementer fregit hoſtiũ animos, & niſi in ope
ſui regis ſpem reliquam nullam habebant. Miſſi enim ad regẽ
retulerant parare illũ magnas copias, vt opem obſeſſis tranſ-
mitteret, nec multopoſt vulgatum fuit, præfectum eius Cor-
bagum nomine cum magno exercitu aduentare, continuoq;
multos vndiq; ad eum confluere, nec procul iam ab Eufrate
amne hũc abeſſe. quod vbi duces acceperũt, è veſtigio quoſ-
dam miſere qui ex propinquo explorarent, vbi & quot copię,
& quales eſſent, vt melius tandem poſſet cõſuli quid optimũ
factu videretur. Cæterum inter hæc maioris rei ſpes affulſit.
Erant in vrbe viri multi chriſti religionem ſeruãtes, qui arma
B ferre, quicq̃ publicæ rei agere vetabãtur. Nam poſt vrbẽ ob-
ſeſſam perſæ ſuſpectos eos habebant. Hos inter vnus fuit Ar-
menius genere Muferus dictus vir prudens & in rebus agen-
dis multum ſagax. is varijs modis vrbis principi carus factus,
arcanis eius cunctis intererat. Hunc reliqui perſæ quaſi vnum
ex eis diligebant. Itaq; ab initio belli cuſtodiæ turris fuit præ-
fectus, ſub qua Diui Georgij porta erat, hic ſępe audiẽs Boa-
mundi virtutem, nec prorſus oblitus ſe chriſtianum virũ eſſe,
illum vehementer diligebat, & clam in caſtra filium mittens
multa eidem indicabat, demum pollicitus turrim tradere, id ſe
adiecit facturum, ſi Boamũdus daret fidem ſocios eius vt idẽ
ſolus vrbem teneret, & aſſenſuros. Ob hoc lætus Boamũdus
ac ſi vrbem captã cerneret, rem ad præcipuos duces defert,
nõ tamen ſtatim, ſed poſtq̃ illi rediere, qui ſpeculatum hoſtiũ
caſtra miſſi fuerãt. Nam his referentibus eos nimis multo eſſe
ac venire inſtructos, vt cũ chriſtianis dimicarent, plæriſq; cen
ſentibus obuiam illis eundem eſſe & cũ toto exercitu dimican
dum, alijs partem exercitus ibi relinqui, partem vero ad ho-
ſtem duci, Boamundus neutrũ ſibi ait placere. Si enim cuncti

C ab vrbe diſcederent, tot menſium opera, tot exauſtos la-
bores ad irritum reciſura, quoniam perſæ fame repleti vr-
bem copia rerum replebunt, nec partem exercitus ſuffectu-
ram ad hos prohibendos, ne intus neceſſaria deferant, cum
vix omnes id munus præſtiterint. ingens quoque periculum
fore, ſi diuiſi aduerſus hoſtes in numeros tendant, nec ſi ad-
uerſum quid acciderit vllum remedium ſupereſſe. Conſilium
vero ſe afferre quo nil tutius eſſe queat, deinde ordine cun-
cta deregens, quæ cum Armenio erat pactus, ait potiri eos
vrbe poſſe, in qua ſecurius, commodiuſque aduentum ho-
ſtium expectabunt. Ea re cæteris lætis, & vrbis imperium illi
dantibus, princeps Toloſæ aduerſabatur, æquum dictitans
commune omnium oppidum eſſe, in quo expugnando cun-
cti iãdiu inſudaſſent, ſed demum victus aliorum conſenſu pe-
ricula demonſtrantium, manus dedit vltra tendere mini-
me auſus. Ergo accepto Muferi filio capere turrim proxi-
ma nocte conſtituerunt, per eumque quid parent agere Mu-
fero indicant, vt is intentus rei agendæ, rite cœpta exequere-
D tur, nec aliquis error ea turbaret, à quo remiſſo filio moniti
ſunt certa hora noctis venire, in qua quieta omnia reperirẽt,
nam prius obire mœnia quoſdam ſolitos, vt cuſtodum ſoler-
tiam vel deſidiam notent. Duces ergo die ſequenti, quo ma-
gis etiã fallerent hoſtem, armari omnes protinus iubent, atque
ad iter expediri, & hora fermè diei nona è caſtris exeunt pa-
lam ferentes ire ſe aduerſus perſas, qui abſoluendam obſidio
nem tenderent, & ſatis longe ab vrbe progreſſi conſtitere no-
ctem operientes, quæ vbi aduenit ſilenti agmine caſtra repe-
tiuerunt. Erat Mufero frater vnus improbæ ſanè mentis ho-
mo, quẽ ea res prorſus latebat, fratre non auſo illi ſe credere,
ne metu aut perfidia cœptum turbaret. Sed qua die noſtri abi
bant hunc tentandum Muferus ratus, quo eius mentẽ ſcrupta
retur, doleo inquit frater hos ad ſuam pernitiem pergere, im-
pares enim Corbago erunt, & quum eundem quẽ nos ipſi co-
lant deum, mœſtos eſſe nos decet, quod viri optimi vitæ pericu-
lum graue ſubeant. hunc torue ille aſpiciens, quorum inquit do-
les vicem, cladem certe ille cupio. Nam quid vobis hi attu-
lere præter calamitatem? Quid mihi & tibi ante hoc bellum
cœptum defuit? num quiete, num gratia principis, num opibus

A carebamus: pro his poſtea bellici ſumptus, agrorum vaſtatio, imenſus labor, cędes & vulnera ſucceſſere. Igitur hos aucto-res maloꝝ odi ac deteſtor, & tibi ſuccenſeo, qui cõmuniũ ho-ſtium misereris. His verbis exempta Muſero dubitatio eſt, an à fratre cauendum eſſet, ea tamen augebat cura, ne ille etiam turris cuſtos inſtãs facinus impediret. Ergo animo anceps Mu-ſerus hinc fratris amore, inde periculo agitatus, tandẽ ſtatuit illius vitæ ſuã ſalutẽ anteferre ſimulq; chriſtianã religionem. Somno igitur hunc oppreſſum, multa enim nox iam erat gla-dio peremit. Deinde ſecurus noſtros expectabat, qui hora ſta-tuta properantes, vbi ad turrim peruenere aliquot ſcalas muris admouent, alijſq; aſcendere formidantibus & fidei barbari ſe cõmittere, Boamundus princeps murũ aſcendit, & turrim in-greſſus alios prouocabat, donec oẽs impulit pudor, tanti du-cis imitati virtutem certatimq; murum aſcenderũt, ac plures alias cęſis cuſtodibus turres occupant. continuoq; ingens tur-ba in mœnia euadebat, in vrbe tamẽ erat ſilentium. Nam re-

B iectis belli curis cuncti penè dormiebãt, forſan quoq; acceptus clamor alia excitatus q̃ hoſtiũ cauſa putabatur, cũ eos abijſſe cuncti exiſtimarent. Igitur portæ duæ ſunt refracte priuſquam perſæ excitarentur, & mox ingreſſo vrbem Goffredo, qui ex-tra remanſerat cum parte exercitus, cædes paſſim fieri eſt cœpta, ſublatus vndiq; clamor ingens & clangor tubarum ita attonitos perſas fecerat, vt ſola in fuga ſalutem pone-rent. Sed crebro dum vnum hoſtium vitant agmen in aliud incidebant (vtq; ait bonus poeta) vbiq; luctus, vbiq; pauor, & plurima erat mortis imago. Ingens erga hoſtium numerus fuit cæſus, aut captus. multi tamen refugere in arcem, plurimi per diuerſas ab hoſte portas euaſere. Aſias vrbem captam cernens, arci credere ſe non auſus, quæ obſidenda ſtatim erat, fugere conabatur, ſed captus à chriſtianis intus mo-rantibus interficitur, & eius ceruix reciſa ab humeris per lu-dibrium haſte infixa ferebatur. Sic fortuna humanas res fre-quenter voluere ſolita eſt, hominesq; de ſummo ad infimum, vel ex infimo gradu ad ſummum deducere, vt nil magis ti-mendum ſit q̃ illius varietas, cui ſæpe mortaliũ vitia nocen-di maxime anſam præbent, & eam (vt ait *Satyrus*) faciunt deã. Milites tandẽ ad prędam verſi domos omnes diripuerũt.

C præterq̃ chriſtianorum, quæ notatæ in foribus erant, & præda ingens omnis generis parta. Hoc maxime modo vetus ciuitas, nobiliſq; armis noſtrorum fuit capta ſeptimo menſe poſtq̃ obſideri cępta eſt. Duces poſtero die ad oppugnandã arcem tendunt, qua cõſpecta ſituq; loci contemplato, ſpem amiſere eam armis expugnandi. Nã loco altiſſimo & præcipiti vndiq; ſita erat, muris ac turribus permunita, qua parte occidentem ſpectabat, via fuit anguſta, per quã in vrbe aditus erat, eam claudere duces inſtituerũt, ne qua eruptio in ciuitate ab arce ipſa fieri poſſet. Itaq; loco idoneo murũ latum atq; altum per ducũt, qui viam in vrbe prohibebat, ibiq; locati ſunt milites, qui hoſtem venientẽ arcerent, & quo cibaria non deficerent, quibus vacua tũc vrbs erat, ſi ferenda foret obſidio à mari ac locis finitimis aduehi commeatum curarunt. Sed minor affuit rerum copia, quia proximę regiones bello exauſtæ ac vaſtatæ parum frumenti aliarumq; rerum ſuppeditarunt. Dum hæc à noſtris geruntur Corbagus Rągem vrbem obſedit, quã vltra Eufratẽ ſitam diximus, cui ue Balduinus dominabatur, & oppugnare illam adortus cũ multis vulneribus eſt repulſus. In-

D tus enim viri fortiſſimi cunctas edocti belli artes vnà cũ duce propugnabant. Ne quicq̃ ergo multa expertus, poſt dies viginti inde abſceſſit, id ipſum ſuadentibus ſuis, qui eum aiebãt ideo miſſum, vt Antiochiæ opem ferret, quæ famæ oppreſſa vltra perpeti eã nequiret. Prius ergo illam tueri, ac vinci hoſtes oportere, nec referre an tunc an poſtea Rages expugnaretur, quæ victis chriſtianis per ſummũ ocium capi poſſet, ſpe adempta externę opis, qua nunc fręti eam tenentes acriter ſe defenderent. Nec ſanè ambigitur moram eius cauſam fuiſſe, vt Antiochia caperetur, noſtriq; ingens periculum euitarent. Nam eodem tempore cũ illo & oppidanis dimicandũ fuiſſet, vel pugna dilata ſumma inopia ſubeunda erat, hoſtibus noſtros vndiq; obſidẽtibus. Igitur is traiecto Eufrate Antiochiã ire properat, quã vbi accepit eſſe captam, ſerumq; auxilium ferri, non procul iam ab vrbe exiſtens præmiſit equitum tria milia, qui vſq; ad muros diſcurrerent, & portis obequitando laceſſerẽt hoſtem. ij profecti locum inſidijs aptum nacti, paſſus mille ab vrbe diſtantem, ibi ſe condunt, pręter trecentos, qui ad mœnia proceſſere cum tumultu vagantes, vt noſtros

extra

A extra vrbem elicerent. Aduerſus hos Rogerius Barneuilla cũ ala equitum prodijt, vir fortiſſimus, Gallus genere, cuius in eo bello ſæpe multum nituit virtus. Primo congreſſu par vtrinq; dimicatio erat, poſtea perſę metum fingere ſenſim, noſtris de-induſtria cedere, illi ob hoc inſtare ferocius viribus freti & rebus geſtis, donec ad locum inſidiarum venere, ibi cohorti repente hoſtes vndiq; ſe circũfuderunt. Rogerius autem ſtare ſuos fortiterq; pugnare iubet, ac ſi ferre nequirent, paulatim cedere quo ad propè vrbẽ veniſſent. Sed poſtq̃ is fortiſſime dimicans tranſfixus haſta ex equo cecidit, reliqui omnes capeſſunt fugam, & prius q̃ ad vrbem venirent, omnes penè perierunt, ob quorum cladem luctus ingens intus fuit, & cuncti mortem Rogerij ſupra modum egre ferebant, cuius cadauer truncum capite (quo potiti erant hoſtes) delatũ in vrbe funebri pompa eſt ſepultum. non multo poſt perſarum dux ad vrbem veniens, inſtructa acie propè cõſtitit, relicto ſpatio vt noſtri ſe explicandi, pugnandiq; poteſtatem haberent. Poſtq̃ nemo cõtra exibat, multis verbis increpans hoſtes, qui armis

B auſi perſas laceſſere, regnumq; Aſiæ affectantes, metu nunc intra vrbem laterent, reduxit ſuos, & caſtris poſitis vrbẽ obſedit, habens copias penè inumeras, quæ tamẽ magna ex parte tyronum erãt. Iuxta murum ab ortu ſolis turrim iam erectam diximus, quo noſtri oppidum obſidentes magis tuti à perſis forent, quã Goffredus tuendam ratus quoſdam ſuos ibi reliquerat fortes ac ſtrenuos viros, qui vim hoſtiũ propulſarent. Eam turrim perſæ adorti magno certamine oppugnabãt, nec pauci demum tuliſſent eos velut nube ſagittarum territi, quæ defendendi facultatem ademerãt, ni Goffredus periculo cognito (neq; enim aberat procul) opem tuliſſet, plures equitũ turmas ducens, cuius impetu hoſtes turbati parũper ceſſere. Sed his laborantibus aliud agmen ſubſidio miſſum pugnã reſtituit, diuq; acriter eſt pugnatũ, Goffredo ipſe valde inſtãte, qui manu promptus & arte præſtans multos cũ paucis reprimebat. Sed cũ continuo perſæ creſcerent, ad extremum ferri non poterant, & quãq̃ dux ſuos moneret, nuſquã trepide vel effuſe cedere, ſed denſo agmine vrbem repetere, tamen vincente pudorẽ metu cuncti aufugerunt, & in ipſa fuga ducenti fermè deſiderati ſunt. Hoc modo à turris cuſtodibus malum

C repulſum in alios recidit. Hæc victoria mirum ímodum perſas extulit, poſtq̃ ſciuere ducem præcipuum pulſum fuiſſe. Hoſtes quum inſup arcem ingreſſi via occulta noſtris incognita intra vrbem penetraſſent, atq; ob hoc ingens iam fieret tumultus, plurimi eo concurrerũt, repulſiſq; hoſtibus, tunc demũ cognitum eſt aliũ locũ ſupereſſe quẽ muniri oporteret. Ergo vnde illi aſcenderant foſſa ingens eſt pducta, deſuperq; ligneæ turres erectę ſunt, ex qbus milites perſas repellerent, ſed dũ vni obuiant malo, maius aliud fames, videlicet eos inuaſit, & eò inopiæ fuit ventũ, vt equi & aſini carne veſcerentur, aliorũq; animaliũ cibo humano inſueta. hæ tum res in delitijs erant, & herbæ notæ aut incognitę vel earum radices, & quũ anguſte ſolum à mari re frumẽtaria vterentur, hanc facultatẽ barbari ademerunt. Miſſa enim tria milia equitũ multis in littore cęſis viris, naues repertas incenderũt, itinereq; infeſſo ſpem abſtulere chriſtianis quicq̃ à mari cõſequendi, atq; ideò creſcens fames multos hoĩes atq; equos abſumpſit, multos cõpulit vrbẽ deſerere, vitæ præſidiũ quærentes, quorũ pars magna ab ipſis hoſtibus cuncta tenentibus fuit cæſa. Vetiti aũt portas egredi

D fame impulſi ſe ex muris præcipitabant, intus quoq; magni tumultus excitabantur, qui omnes ducũ prudẽtia & inuicto animi robore ſedati ſunt, quorũ modeſtia & par cũ alijs victus tenuitas, alios minus egre inopiam ferrę impellebat. Inter eos qui vrbẽ reliquerant, quidam fuit Stephanus nomine ſatis clarus in Gallia princeps, qui iuramenti & datę ſocijs ímemor fidei, habens quoſdã ſceleris comites, Galliã repetebat, Pamphiliãq; ingreſſus, obuiũ habuit græcũ principẽ, qui ad ferendam nr̃is opem cõtendebat, ſecũ habens magnas copias nõ modo græcorũ, ſed etiã latinorũ, qui ad eũ cõfluxerant, vt Antiochiã peterent. Is quo ſuũ ſcelus lateret ait principi orſus fabulam. Poſt longã obſidionẽ Antiochiã chriſtianos cępiſſe in qua neceſſaria quum deficerent pro alendo exercitu, & fama eſſet Corbagũ aduentare ab rege perſidis miſſum, vt ſuppetias vrbi ferret, & eũ exercitũ ſecũ trahere, cui pares eſſe non poſſent, ipſeq; ſalutaria magiſq̃ ſpecioſa ſuadẽs alios admoneret, ne ſe obſideri paterẽtur, & eo loco ab hoſte claudi, vnde euadi tandẽ nequiret, ſed ea tũ peterẽt loca in qbus tutũ eſſet refugiũ, quoſdã ſanis cõſilijs aduerſatos cauſam fuiſſe, vt cun

A ꝗti in vrbe remanerēt. Ergo ip̄m cladē certā ꝓuidentē diſceſ-
ſiſſe, migraſſeq; in ꝓximas regiones, q̄n quidē plus temeritas q̄
ratio poterat, & quū audiſſet vrbē à perſis iam obſeſſam neq;
incluſis ſpem ſalutis ſupeſſe, fame, armis, ac metu oppreſſis ſe
abijſſe, vt prius Byzantiū, atq; inde Galliam peteret, & ſibi vi
deri fruſtra iter principem facere, quum victos chriſtianos ca
ptāq; vrbē haud dubie putet, nec ipſumq; hoſtiū copijs parē
fore, quæ ſupramodū ſuas excedant. Ideoq; debere illum ſibi
cōſulere, ne vltra ꝓgendo magnā ſubeat calamitatē. His ver-
bis imperator ꝑmotus, viriq; auctoritate, quē mentiri in tanta
re nullo modo arbitrabatur, Byzantium cū exercitu redijt. Id
annuiſſe deū crediderim, vt penes eos pulſoq; hoſtiū eſſet de
cus, qui pro illius laude arma ſumpſerāt. Cæteri noſtri, vt læti
acceperāt eſſe in via græcum principē, quo auxiliū illis ferret,
magnūq; exercitū ducere, quaſi lux inſperata & certa ſalus ꝑ-
ditis rebus affulxiſſet, ſic meſti deinde ſupra modū fuere illū
redire audientes, & p̄ter duces reliqui ſpem ſalutis amiſerāt.
Aliud accidiſſe quidā tradūt quod refellere vel affirmare ſum
B veritus. Referūt.n. cuidā clerico dū quieſceret viſum adeſſe
Andreā apoſtolum iubentē illi ducibus dicere, haſtam cū qua
chriſti latus tranſfixū fuerat, ſub terra in æde Petri apoſtoli cō
ditā eſſe, locū etiā deſignantē, minantēq; illi niſi iuſſa exeque
retur. Clericū vero experrectum rem ad principes detuliſſe,
motoſq; illos iuiſſe ad locū, & terra defoſſa haſtam cū ferro
eſſe inuentam, qua præclara ſolēni pompa chriſtianos omnes
vrbem luſtraſſe maxime lætos, quaſi victoriæ omen accepiſ-
ſent, & quāuis prius hoſtes timerent, nec auderent illis con-
gredi, tamen poſtea pugnę auidos eam à ducibus popoſciſſe.
Id licet ego prorſus non reſpuam, numine ſcilicet actos eos
prœlium concupiſſe, ita ſatis veriſimile opinor coactos ino-
pia milites, quum neceſſaria iam deficerent, nec vltra fames
poſſet ferri, adempta ſpe græci exercitus mori in pugna præ-
occupaſſe, q̄ diutius tot incommoda & impēdentem calami
tatem ſubire. Duces vero ab initio dimicare non auſos, quia
territos milites aduentu hoſtium ſenſerant, nec tutum cen-
ſebant cum his confligere, qui longe numero præſtarent,
quos ne adhuc experti non erant, præterquā ſuos confirma-
rent, quos meliores in dies fore arbitrabantur, putabantq;

C annonę copiam à mari futuram, atq; interim poſſe accidere, vt occaſio rei benegerendæ illis daretur, & eos ob hæc prœlium diſtuliſſe. Vtcũq; tandem fuerit, nõ impudentes eos puto, qui prodigium hoc memoriæ tradiderunt. Si enim ſacræ cõtinent litteræ ſuos deum ſæpe ſeruaſſe, ipſis penè fatis erectos, eoſq; feciſſe victores, quãq̃ illis vires deficerent, quum vetuſte hiſtoriæ referant deum, vel dæmones læta vel triſtia varijs modis portendiſſe, locutoſq; hominibus deos, vel per ſomniũ loqui viſos, & ſæpe ab his in rebus dubijs datam opem, quis admiretur ſignum hoc numen oſtendiſſe pro ſua gloria decertantibus, quo ardentius dimicarent, iuuiſſeq; illos vt præter ſpem magna victoria potiretur. Exẽplis enim rationibuſq; hi ſunt conuicti falſa dicere, qui deo humana curæ non eſſe, cunctaq; caſu fieri tradiderunt, ab alijs eruditis penè irriſi, nec ſanè iniuria, quũ verbis deum ponentes re ipſa ſubſtulerint. Sed iam ad inſtitutum redeo. Duces lętati cunctos milites pugnam cupere, ac rati eorum ardore vtendum eſſe, ne re dilata is frigeſceret, animiſq; triſtia magiſq̃ lęta obuerſarentur, cõſilio habito poſtridie pugnam fore pronuntiarunt, palàm iubentes, D vt cuncti arma, equos, atq; animos præparent, & in victoria magnum imperium, tuta omnia ſibi proponant, ſi victi erunt certam calamitatem, nuſquã enim fugam illis tutam patere. Cuncti ergo iuſſis parentes arma, & eqnos expedire, corpora animoſq; reficere, ſe inuicem exhortari, finem maloꝶ adeſſe dicere, ſi eo prœlio perſas vincerent, quo ne magis incitarentur, placuit ducibus, vt legatus Pontificis accurata oratione illos ad pugnã hortaretur. Is igitur aduocata contione in hũc modũ locutus fertur. Et ſi mihi eſt perſuaſum nullius verbis opus eſſe, quibus in hoſtẽ concitemini, quũ vos vltro poſcere pugnam audierim, nec ferre animo ęquo eam parũper dilatã eſſe, indignũ tamẽ protinus cenſui, ſi ad vos cõfirmãdos mea vox oratioq; deficeret. Trahimur.n.in diſcrimẽ nõ modo nũc ſalutis noſtrę, ſed chriſtianę religionis, quæ vobis victis labem ſubiret ſempiternã, & multis in locis cũ dãno ac dedecore deleret irrituſq; fieret labor, ex quo pro ea domitis hoſtibus huc vincentes perueniſtis, me vero eius vicẽ gerẽte, qui parẽs eſt chriſtiani generis, cuius eſt præcipuũ munus tueri veram religionem, à quo moniti atq; impulſi arma in Aſiam trãſtuliſtis,

A nō ne ſceleris poſſem argui ſi oblitus officij reticerē? vel vos, vt decet, aliquanto enixius ad tuendam ſalutem, religionem, laudem non hortarer? Atq; in primis iure lętandum mihi cen ſeo intuens vos fortiſſimos viros eo robore animi, quo ab ini‑nitio fuiſtis, memoreſq; geſtarum rerum ſibi victoriam certā proponere, nec hoſtium copia, nec viribus cōmoueri, vitamq; paratos abijcere, vt partus decor conſeruetur. Quæ mens egregia & voluntas ſi (vt ſpero) in ipſo prœlio eadem erit, huc haud dubie hoſtibus victis reuertemur. Nam præter nu‑merū nihil eſt in quo illi excellant, vel iure vobis cōparentur, quorū pars magna ſunt tyrones arma induere, ſtare in acie, cę dere hoſtem inſueti. qui non modo impetu veſtro, ſed primo clamore propellentur, cedenteſq; ſine ordine aliquo ſimul ad fugam ſuos trahēt. Raro enim tales milites prodeſſe in bello, crebro nocere conſueuerunt. Nam quū res bellicæ ſupra reli‑quas vſum flagitent, & animi magnitudinem, quibus ineſt ma ius periculum, hi ſunt trepidi & inutiles, qui noui in hiſdem

B exercentur. Ideo ſæpe eiuſmodi milites ingentiū cladiū cauſa fuerunt, nec duces boni ſpem habere in hominum copia, ſed virtuti ſoliti ſunt. Id hiſtoriæ indicant veterem, quorū multi parua manu magnos exercitus fuderūt, nec alij magis q̄ perſæ ipſi talis rei documentum fuere, ſæpe à paucis Græcis, vel Ro manis fuſi, quāuis penè innumerabiles eſſent. Genere autem quiſnam ambiget longe hos vobis impares eſſe. Italos enim Galloſq;, aut Germanos vos conſpicio, qui robore corporis atq; animi & vſu armorum ſemper omnibus præſtitiſtis, quorū maiores ſublimē gloriam rerum geſtarum relinquere. Hi vero Aſiæ populi ſemper molles, effœminati, atq; imbelles habiti ſunt, præſertim noſtra ætate, in qua ſiquis inerat illis vigor ob licentiam nimiam eſt deletus. Non in caſtris, non in acie ordi‑nem ſeruāt, nec induſtria illis nec ratio ineſt militaris, temere ſparſi, penè inermes pugnā ineunt, ſtare cominus, manū con‑ſerere formidant, ad id vero demum compulſi facile ſuperan tur. Pluribus verbis forſan vterer, ſi periculum factū non eſſet qualem hoſtem habeamus. Quis enim neſcit perſas hoc vel Syros eſſe? qui ſæpe victi, ac caſi à vobis tos prouincias ami‑ſere, quos nouiſſime hic obſeſſos adeo fortiter ſuperaſtis. Nec mœnia, nec hyemis aſperitas, nec arma illos tutata ſunt: quin

C demũ cæſi vel fugati Syriam penè totam amiſerint,neq; am-
bigo eos his longe præſtitiſſe cũ quibus vobis eſt pugnandũ.
Illi erant veteres milites,qui rege duce penè Aſiam ſubege-
runt,Bithynniæ demũ Syriæq; præfecti,vt bello parata tue-
rentur.Hi aũt qui nos obſident,quid egerunt laude dignum?
quos vicerũt validos hoſtes,quando è perfide belli cauſa niſi
hoc tempore ſunt egreſſi? Cum quibus arma niſi vicinis con-
tulerunt,quæ tum fuit horum virtus quum Balduinum obſe-
dere? non ne à paucis propugnati? repulſi tandem abire coa-
cti ſunt? Huc vero profecti parum abfuit quin ab equitum ala
duce Goffredo vincerentur.An ergo vos cũ hoc iguauo con
feram hoſte,qui tam longo itinere per medios hoſtes huc vin
centes perueniſtis,omnia pati quę,fides eſt,hominẽ pati poſ-
ſe,quos nullę acies vnquam ſuſtinuerunt,quibus arma ferre,
hoſtibus congredi ludus videtur.Nec aliquis penè veſtrũ eſt,
cuius non multa notata locis temporibuſq; referri poſſint de-
cora.Proinde vobis in prœlio is inerit animus,qui victoribus
illis,qui victis ineſſe ſolet.Nec enim illi totiens fuſi vos con-
D temnent,nec magnopere ſuæ fident virtuti,quippe qui ſe ac
vos nouerunt. Neq; hi vobis terrori erunt,quos egregie ſu-
peraſtis. Proinde pergite magno animo,quo vos ego ſentio
præditos, hoſtiq; armis oſtendite vos non metu illi ceſſiſſe,
nec obſideri paſſos vrbem,quia pugnã detrectaretis,ſed du-
ces veſtro ardori obſtitiſſe,vt idoneo tempore veſtra virtute
vterentur. Quiſq; exiſtimet ſi in hoc demum vicerit prœlio
inopiæ,ac periculis finem imponi,deleri penè hoſtium opes,
Syriam totam ſimul ſubigi,expediriq; iter in Iudeam,gloriæ
quoq; tantum quæri,vt pares veteribus, quorum res deſcri-
ptas legimus, habendi ſitis,ac veſtras laudes nulla obſcura-
tura ſit obliuio,quinimmo ſtupeſcent poſteri res legentes vel
audientes veſtras,& nomen veſtrum laudibus dignis proſe-
quentur,præſertim quũ vos nõ regnandi libido,non auiditas
opum ad hæc impulerit,ſed pietas,religio,& veræ gloriæ di-
gnus amor,ob quæ patriam,liberos,coniugeſq; relinquere,ac
tot periculis vos exponere non dubitaſtis,digni profecto,vt
cuncti vos omnes memoriæ claris viris in cauſa belli antepo-
nant, & velut humani parentes generis prædicent pro ſa-
lute omnium natos. Atq; vt pro laude tantum non pro vita

A hoc eſſet certamen. Sed in diſcrimine nunc res eſt, an ingens
decus regnumq; nobis quæratur, an vero haud dubie perea-
mus. Nam hic manere vltra non poſſumus, abire autem per
hoſtes non licet, qui cuncta itinere clauſere, facileq; oppríme-
rent abeuntes armis inopia, ſitu locorum circũuentos. Nam vos
fugiẽtes quæ vrbes recipient? qs tranſire pmittet? vnde aderit
cõmeatus? quẽ vix ĩtegri ac victores reperiſtis, an fiditis in ca-
ptis oppidis? quæ (vt mos barbaris eſt) cũ fortuna mutabũt
fidem, vel ſi perſiſtent in officio, an ea contra hos hoſtes tue-
bimini, vel his incluſi copia rerum abundabitis? Itaq; neceſſita-
tem vobis fortuna impoſuit protinus dimicandi, & vi atq; ar-
mis euadendi. Nam ſi (quod omen deus auertat, & nunc ex-
primere horret animus) in ipſa pugna ſuperabimur, nuſq̃ vo-
bis erit refugiũ, nemo euadet manus barbaras, vel ſæua mors,
vel ſeruitus miſera nos manebit. coniuges, liberi veſtri ſi qui
adſint, eandem ſubibunt calamitatem, & parta laus tot labo
ribus, tot periculis amittetur, delebitur in Aſia chriſtianũ no-
men, & forſan hoſtes græcos quoq; armis inuadẽt, ſpem om-
B nem noſtri amittent ſepulchri recuperandi, nec vlterius Aſiã
petere audebunt. Nam vobis cęſis, qui ſuperabũt virtute pa-
res? quis nõ horrebit id onus ſubire, cui ſuccubuiſtis? qui vlte-
rius religionem, laudem omnibus rebus anteponent exitum
veſtrum reputantes? nulli certe vel pauci, atq; ideo clades ve
ſtra ingens dedecus magnã ruinam chriſtiani nominis ſecum
trahet. Proinde oro atq; obſecro milites, vt quo animo pugnã
poſcitus, eo in acie demum ſitis, veſtræ virtutis, rerum geſta-
rum, & ſalutis omnium memores. putetiſq; vos intueri chri-
ſtianum genus, palàmq; atteſtari quales in pugna iam fueri-
tis, talem eius fortunam deinceps fore. Sic firmatis militum
animis quod erat roboris in exercitu deligunt, & qua erat
pugnandum die has celeriter inſtruũt. Acies peditum fronte
cornibuſq; diſtincta erat, ab equitib⁹ cincta erat qbus maxime
duces fidebant, & ne circuiri à multitudine poſſent vltimum
agmen valida manu circundederant, cornuaq; ſubſidio ſunt
firmata, nõ recta fronte, ſed à latere poſito, ne nóſtri ab hoſte
circuirentur. Aliam turbam, quæ fuit magna, nocte vrbẽ exire
per diuerſam ab hoſte portam iuſſerant, & duce Tancredo
loco idoneo clam cõſidere, cumq; acceperint hoſtiũ animos

C oculoſq; certamine occupatos, tunc repente magno tumultu A illos inuadere. Dextro cornui Boamũdus & ſimul Galliæ Regis frater, leuo Toloſæ ac Flandriæ reguli præfuerunt, acies media ipſi Goffredo tuenda data. Is monuit pedites, vt hoſtium equitatum laxatis manipulis rari exciperent, nec minus equos cõfodere q̃ barbaros niterentur, ſigna ſequi, ſeruare ordinem ſtudere, ducibuſq; prorſus parere, ne ue ſibi ipſis præſcriberent quo progrediendum, aut quid agendum eſſet, neq; plus ſe q̃ duces de victoria & exitu rerum ſentire exiſtimarẽt. Temeritatem enim raro fœlicem, crebro pernicioſam eſſe cõſueuiſſe, nec minus à milite modeſtiam q̃ vires atq; animi magnitudinem deſiderari. Legatus inſuper ſacerdoteſq; alij ſtolis ſuper arma induti acies obeundo cunctos ad pugnam hortabantur, victoribus incredibilem laudem adeſſe, morituris ad cœlum aditum prædicantes. Corbagus autem certior factus parare ſe ad pugnã chriſtianos, illius auidus acies iam inſtruxerat, & partim perſæ, partim per eos, qui ducebant ordines, monuit ſuos, vt fortiter dimicarent, ne fama hoſtium aut viri-

D bus mouerentur. Eorum enim qui in Aſiam venerint vix partem tertiam ſupereſſe, atq; hos ipſos famem, labores, ac vulnera confeciſſe, fracta quaſſataq; arma illis reſtare, paucos ac debiles equos fame iam penè abſumptos, nec aliud eos ad pugnam elicere q̃ ſummam neceſſitatem, quũ ferre inopiam, vel tuto abire minime queant. Nam quoad cibus nõ defuit, ſemp hos pugnam detrectaſſe intra mœnia latitantes, & vnicam ſpem in ope græcorum habuiſſe, quæ demum irrita illis fuit. Itaq; nulla ex parte pares chriſtianos perſis fore, non viros quippe, ſed vmbram hominum & effigiem eſſe. Præterea dimicandum non modo pro laude vel imperio, ſed pro ſalute Aſiæ, quã ſæui homines ab oris extremis occidentis profecti vaſtare inſtituerunt, nec alium eſſe ducem aut exercitum, qui eiſdem, ſi vicerint, queat reſiſtere, ac omnes clades, quæ accidere ſolent victis ſecuturas omnes, videlicet ſexus atq; ætatis cædes, miſerrimam ſeruitutem, penuriam rerum omnium, direptiones vrbium, & incẽdia, euerſionem religionis, & totius Aſiæ vaſtitatem. Neq; enim apud hoſtes adeo ſæuos atq; immanes vllum pietati locum fore. proinde vel in pugna vincendum, vel fortiter dimicando moriendum eſſe, nec in pre-

cibus

A cibus aut votis ſpem habendam, ſed in armis ac virtute de- lendum eſſe ac ceptum dedecus, nitendūq; omnibus viribus ne multi a paucis, fortes ab imbecillis, obſidentes ab obſeſſis, ac penè iam victis ſuperentur. Sic accenſis vtrinq; animis quū iam acies propinquarent, nitidior lux diſcuſſa caligine, quam circa humida loca effuderāt, clarum proſpectum omnibus da bat, & vniuerſa futuri diſcriminis facies in oculis erat, & fre- mitus hominum, equorum hinnitus, armorum internitentium fulgor mentes turbabat, & ſpe ac metu ſimul pugnātibus ani mis militum modo triſtia modo læta obuerſabantur, tandem acriter magno impetu eſt concurſum. Sublatus à noſtris red- ditusq; à perſis clamor nemora circumiectaſq; valles terrib ili ſono repleuerat. Ingens ibi animorum contentio viriūq; cie- bat pugnam, & ſpem vtrinq; ambiguā fecerat, nec ſtrenui ſo- lum, ſed ſegnes timidiq; illorum exemplo accendebātur, gla- dijs aut haſtis rem gerentes, vel ſagittis, quarum vim magnā primo congreſſu perſæ coniicerant, nec duces ad regendam modo conſilio non affuere, ſed ſuiſmet corporibus dimican- B tes miſcuere certamina, cadebant multi ex vtraq; acie, longe plures vulnerabantur, horrendaq; erat protinus res, armorū ſtrepitus, clamores diſſonos, morientium gemitus audire, paſ- ſim ſtrages hominum cernere, micanteſq; in dextris gladios & furentium militum ora, qui non modo armis, ſed vacuis mani bus, pectoribuſq; telo forſan aut enſe carentes inuicem decer tabant. Et quāuis perſę multitudine freti vndiq; inſultarēt, no ſtros circūuenire, perrumpere ordines niterentur, modo rari ſparſiq;, modo conferti dimicantes, tamen à fronte ac dextro cornu magna vi propulſabantur, nec erat facile ab eo cornu circuire pugnantes à montibus proximis tectos, & duces exi- mij cum factis fortibus tum monendo atq; hortando accende bat certamen, & vbi videbant premi ſuos, cum manu delecta ferebant opem. Milites quoq; ſigna inferre, ac ui maiore ho- ſtem præmere compellebant, pedites ipſi progreſſos temere perſas equites (vt erant iuſſi) excipientes vel occidebāt eos, vel equos haſtis fodiētes ſtragem ingentē faciebant, equis & viris vnà ruentibus. At cornu in leuo alia erat belli facies. Ibi enim perſę annixi cōcuſſerant primo impetu noſtros, pedēq; referre coegerāt, & vndiq; circūfuſi nec reſpirandi noſtris nec

C ſe explicandi locum dabant, mixtiꝗ peditibus equites con-
fuderant penè omnem ordinem, nec vltra hoſtes poterant
ferri, ni ſubſidiarie cohortes ſeſe illis obieciſſent. Harum vis
reſtituit prœlium, & iam fugientes rurſus ad pugnam conci-
tauit. Goffredus etiam vbi accepit ſiniſtrũ cornu in periculo
eſſe, partẽ eorꝫ qui claudebãt vltimũ agmen ſubſidio laborã-
tibus ire iuſſit. Sic æquato tandem prœlio cum Marte anci-
piti pugnaretur, chriſtiani duces milites increpare, prom-
ptos lingua ſegnes in armis dicere, quam feroces pugnam pō
poſcerint, quam nunc lente dimicarent exprobrare, atꝗ illos
priſtinam vim vigoremꝗ abieciſſe, fruſtra exhauſtos tot labō
res, actum de illis affirmare, ſi non acrius niterentur. His ac-
cenſi vocibus milites ſumma ui feruntur in hoſtem ſui periculi
iam immemores, obſtinatiꝗ animo vel perſas vincere, vel in
pugna oppetere ſtatuerant. Ergo mouere gradu hoſtes, qui
perculſi quãꝗ cederent, nulla ex parte fugiebant. Corbagus
autem ſtare illos, reſiſtere fortiter hortabatur, & ſigna in ho-
ſtem referre, laborantibuſꝗ auxiliares cohortes ſubmittebat.
Tancredus interea vbi accepit parte ab omni prœlium eſſe,
D ac ſummis viribus dimicari, minime vltra morandũ ratus, ce-
leriter aduerſus hoſtes cõtendit, ſuoſꝗ quum pugnæ appro-
pinquauerũt, os clamores maxime tollere imperat, ac magno
impetu pſas inuadere, vt illi ob hæc maxime territi citius fun
derentur. Paruit ducis dicto miles, cuius clamor à perſis acce-
ptus, & viſa ſpeties magni exercitus, qui à latere incurrebat,
ita quidem terruit eos vix atꝗ anxie noſtros ferentes, vt om-
nes propere terga verterint, tranſeunteſꝗ vallem non longe
à caſtris eorum diſtantem in loco edito conſtiterunt. Hęrebat
tergis fugientium victor, ſed ei proſpectum nubes pulueris
penè abſtulerat. Ergo haud ſecus ꝙ in tenebris noſtri errabãt,
ad ſonum notæ vocis aut ſignum coeuntes, & ſtrepitum ho-
ſtium magis ꝙ hoſtes ſequebantur, & vbi ad collem eſt per-
uentum noua de integro pugna oritur, noſtris nitentibus col-
lem aſcendere, atꝗ inde perſas repellere, illis autẽ repugnan
tibus, qui ſitu loci adiuuabantur. Conceptus vero in acie pa-
uor, æſtus ingens ac præteritę labor pugnæ ita exangues illos
fecerat, vt eis animus, vireſꝗ non longo ſpatio interiecto de-
fecerint. Ergo ex colle tandem pulſi varias fuga petunt par-

A tes. Nec facile quis fortunæ ludibria, ducum atq; agminum cædem, multiplicem victorum fugam, cædes nunc ſingulorum, nunc multorum haud animo aſſequi queat, vel ratione complecti, nec cæſorum numerus in ipſa fuga facile cõfici potuiſſet, cum per valles, per nemora & varios ſaltus barbari cęderentur. Alij enim qua breue patebat iter fugere nitebantur, alij arduos montes & ignotos calles aut ſiluas petebant, mixti peditibus equites, armatis inermes, integris debiles implicabantur, nec aliud æque ac ſitis eos conficiebat. Qui ergo intutum euaſerãt, paſſim omnibus riuis proſtrabant corpora præterfluentem aquam hianti ore captantes, nec vllus adeo fons occultus, aut limoſa vlla erat lacuna, quæ veſtigantium ſitim falleret. Ferunt plærięq; in prœlio aut fuga perijſſe de hoſtibus pluſquàm millia quinquaginta, & magnum numerum captum fuiſſe. Caſtra quoq; ingreſſi noſtri à perſis deſerta maxima præda ſunt potiti, & inter tot repertas gazas nulla fuit quam equorum gratior præda, quorum inopes chriſtiani fuerant. Nec incruenta victoria fuit. Nam die ſequenti quæ-

B rentes noſtri ſuorum cadauera quo ea ſepellirentur, paulominus q̃ tria millia reperierunt. Hoc prœlio facto die vigeſima Iunij menſis duces præmiſſis hoſtium ſignis atq; agmine captiuorum triumphantiũ more ad vbem venerũt. Qui autem perſæ arcem tenebant cum ſpem omnem amiſiſſent, pacti; vt ſoſpites poſſent abire, eam chriſtianis tradiderunt. Deinde purgatis vetuſtis templis quæ barbari polluerant, præſertim Petri apoſtoli ſolennibuſq; peractis ſacris auctore legato prçſul vrbi eſt conſtitutus, quem patriarcham appellarũt. Is Hiſpanus fuit genere Bernardus dictus vir ſanctus & innocens ab ipſo legato educatus. Multi præterea ſacerdotes in ipſa vrbe relicti ſunt, qui vna cum præſule ſacra adminiſtrarent. Captis quoq; Syriæ vrbibus dati ſunt plures epiſcopi, qui doctrina & vitæ exemplis rudes adhuc inſtruerent populos ad rectam vitam & veram religionem. Argenteis & aureis vaſis rebuſq; alijs ad ſacrum vſum templa omnia ſplendide ac magnifice ſunt ornata, nec rei alterius habita eſt cura impenſior, quã ſacra inſtituendi. Quibus perfectis quum decreuiſſent æſtatis reliquum & totam hyemem ibi cõſumere. Byzantio principi legatos miſerũt nobilitate ac virtute inſignes

C Vgonem ſcilicet Galliæ regis fratrē,& Balduinū Enalti prin
cipem,qui eidem res geſtas nuntiarent,ſimul etiā quærerent
tur.ꝙ cū illi notum fuiſſet eos à perſis obſideri & famæ confe
ctos in ſummo periculo verſari, nec vltra vrbem tueri poſſe,
tamen ferre opem,neglexerit,parumq́ ob hoc abfuerit quin
omnis exercitus deleretur & in Aſia tota chriſtianum nomen
interiret,ſpectaſſe vero ad ſuam virtutem quos in fidē ſemel
acceperit,ſemper tueri pro ſuo imperio augendo pugnantes.
Nunc vero duces ab eo petere,vt opem illis ad ſubigendam
Iudeam ferat,prœlia enim famemq́ ac varios morbos valde
copias minuiſſe,inſtare autem bellum graue,cum Rex Aegy
pti (vt fama erat) magnos exercitus cōparauerit,præter eos
quos iampridem in Iudeam tranſmiſerat.Ergo aduerſus po
tentiſſimū Regem ad perdomandam bello Iudeam viris atq́
armis inſtructam auxilio opus eſſe,ne magna ex parte rē con
fectam deſerere cōpellantur cū infamia ſempiterna,& ſi quod
facturus videbatur,ſubſidium denegaret,palam ſignificarent
bello parta ſub ducum imperio ſolū fore.Eos enim à fide data
liberos eſſe ab eo principe in tantis periculis deſtitutos.Hi le
D gati ſimul profecti cū in Ciliciam perueniſſent, alter eorum
Balduinus,videlicet morbo correptus intra paucos dies inte
rijt.Alius vero iter accelerans.Poſtq̄ Byzantium tandem ve
nit principem adiens quid poſtularet noſtri expoſuit, negan
teq́ illo mittere auxilia uelut maxime impedito,ut erat iuſſus,
mentē ducū aperuit,& ſecū reputās quot ſubijſſet vitę picula,
quę inſup noua proponerent,q̄ grauis q̄ anceps inſtaret labor
ipſam Iudeā petituris,inde abiēs in Galliā redijt cū labe ingē
ti ſui noīs,cuius factum eo fuit fædius viſum,quo ſicut genere
opibuſq́ pſtabat,ſic erat decēs vt ipſe alios magnitudine ani
mi ſuperaret.Antiochiā vero paulopoſt oratorꝫ diſceſſum vis
ingēs morbi vrere cępit, uel quia erit tēpus,graue ac peſtilēs
annus,vel qa bello durante pecoribus,agreſtibuſq́ in vrbem
acceptis ea colluuies,mixtorꝫ omnis generis animantiū odor
inſolitus,fames deinde ac multa incōmoda eā peſtē induxe
rant,miniſteriaq́ inuicem & cōtagio ipſa vulgabant morbos,
quotidieq́ funera multa efferebātur,nec minor ibi fiebat ſtra
ges q̄ quanta in acie fieri ſolet.Multi ergo ea ui morbi late va
gata cum viri tum fœminæ perierunt,nec mors cuiuſq̄ æque

A luctum omnibus fecit ac legati Põtificis viri profecto in omni virtute excellentis, cuius prudẽtia religioq; necnon animi magnitudo maxime noſtris profuerat. Abibant multi Ciliciam, aut Ragem petentes, vel finitima loca, vt peſtem inualeſcentem vitarent. Inter hæc Roboas quidã perſa genere qui Mapam vrbem obtinebat, oppidum quoddam obſedit Aſartam ab incolis dictum, cuius princeps illi parere priſtino more abnuerat, qui ſe cernens viribus imparem, atq; vndiq; circũſeſſum, nec aliunde ſpem ſalutis q̃ à chriſtianis ſupereſſe, pſtare duxit credere ſe illorum fidei, q̃ in arbitrio ſçui hoſtis vitã atq; opes committere. Itaq; ad Goffredum verſus, cuius in primis pollebat nomen, eũ per nuntios orat ſuos, vt ſibi mature opituletur, quod ſi fecerit memorẽ ſe tanti officij ei deinceps pariturum, & nũc obſidem filium mittere, quo intelligat verbis æqualem fidem eſſe. Lętus Goffredus eam ſibi dari occaſionẽ cõſultis prius reliquis ducibus ferre illi opẽ decreuit. Retento igitur obſide partẽ exercitus parare ſe ad iter impat. Scripſit etiã Balduino, vt ſibi mox profecturo cũ ſuis copijs iungeret,

B quo ſimul aduerſus hoſtẽ cõtenderẽt. qui coacto propere milite veniẽti fratri occurrit, tria milia equitũ duo peditum ſecũ ducẽs. Hos aduentare Roboas audiẽs, nec iam procul abeſſe anceps animo eſſe cœpit, an diſcederet re infecta, an vero ſignis collatis dimicaret. Nam morari in iiſdẽ caſtris non vallo aut foſſa munitis nec in edito ſitis loco, pugna vero ſe abſtinere haud ſanè licebat, & nunc fugam verſabat animo ducẽ hoſtium & exercitum timens vincere ſemper aſſuetos, modo fretus magnis copijs animũ illi augentibus aciem meditabatur. Hijs auxius curis demum metu ſpem vincente ſtatuit ſoluere obſidionẽ, atq; Alapam cũ exercitu regredi. Ergo inde abſcedens raptim agmen ſecũ ducebat, ne obuium aliquo loco haberet hoſtem inuitusq; manus conſerere cogeretur. Vbi ad tutum venit locum certior factus chriſtianos multo tardius motos veſtigia maioris agminis ſequi, quod cũ Goffredo ad oppidum iuerat, & procul ab illo adhuc eſſe, ac ſine ordine militari nihil timentes iter facere, decem millia miſit militũ, qui ex inſidijs eos exciperent. Hi loco idoneo conſiſtentes noſtros venire quum vidiſſent, ſe inuicem cohortati eos incautos inuaſere. qui primo impetu fuſi quum in varias fugerent partes

C ſparſo vndiq; hoſtium equitatu paucis exceptis capti omnes aut cęſi fuerũt. Mœſtus ea clade Goffredus ab his qui fugerãt nuntiata parũ moratus dũ Aſarte cõuenit principem fidemq; accipit ſemel datã ad vindicandos ſocios pergit, habẽs duces itineris regionis accolas, qui ſe breui circuitu ꝑ notos calles du cturos eũ ad hoſtes promiſerant, priusq̃ illi ad ſuos redirent. Nec multũ viæ cõfecerat, quũ ꝑſæ apparuere magnũ numerũ captiuoꝝ trahẽtes, qui metu attoniti ꝙ præter ſpem in hoſtes inciderãt numero ac virtute illis ꝓſtantes præda etiã impediti nec ſe ad pugnã neq; ad fugam explicabant. Itaq; celeriter ſu perati pene oẽs oppreſſi fuerunt. Ea victoria fuit lętior ob noſtros captos, qui miſerã ſeruitutem euaſerant. His rebus geſtis Balduinus trans Eufraten abijt duobus oppidis fratri relictis, vt ea cũ ſuis inhabitaret. Ergo is remiſſo exercitu quoſdam tenuit ſecum comites in illis manſurus quoad peſtis Antiochiæ deſeuiret. Ad hunc plurimi cum veniſſent viſendi & ſalutandi eum cauſa partim Armeni partim Syri, qui vicina colebant loca, nuntiant demũ duos eſſe Pancratium & Conaciliũ fratres,

D qui eam regionẽ perturbent, hos tenere quædam caſtella ſitu opereq; munita, latrones ſicarios circũ ſe habere, agros finitimos populari, cędes atq; incendia facere, fana domos compilare, omnibus minitari, cunctos præ metu illis obſequi, eorum amentiam, libidinem, audaciã vltro ferri non poſſe. Proinde orant, vt fratris imperiũ tot chriſtianos ab his iniurijs vendicet, neq; hanc labem & ignominiam vltra creſcere patiatur. Eſſe autẽ facile duos latrones inuiſos cunctis parua manu armatoꝝ ſuffultos delere, præſertim illi qui omnes gloriæ rebus geſtis, fortitudine ſuparet. His motus Goffredus q̃ dedecori fratri erant poſtq̃ comperit famæ res haud diſpares eſſe, miſit aliquos qui à fratribus peterẽt, ne ire ad eũ grauarẽtur, quos, vt accepit, colloquium abnuere, cũ ſuis equitibus atq; indigenis regiõis multis aduerſus eos eſt ꝓfectus, qui caſtellis incluſi acriter ab initio reſiſtebant. Nec erat facile illa capere locis editis ac præruptis ſita, quæ multi armati defendebãt, eo quidem ardentius quo magis hoſtium iram ob ſua flagitia formidabant. Sed cũ quotidie creſceret oppugnatio, & multi caderent vel acciperent vulnera, fracta eorum ferocia eſt. Ideo tribus expugnatis caſtellis, reliqua metu in deditionem vene-

A runt, omniaq; ad ſolum vſq; diruta ſunt, ne deinceps per ea quies & ocium turbarentur. Dum hæc à Goffredo geruntur parum abfuit quin eius frater vitam imperiumq; amitteret. Nam cū ad Ragem Galli confluerent peſtem vitantes, comiterq; excepti oneri magno eſſent ciuibus, & ſoli cū Balduino res graues tranſigerent, nec oppidani ad conſilium vocarentur, mouit ira & indignatio barbaros, qui deſpici ſe ac dari in prædam arbitrabantur. Ergo archane congregati qui præcipui erant ciues occidere ſtatuunt Balduinū atq; hoſtibus vrbem ꝓdere, qui non procul ab Rege dominabantur. Delecta erat facinori dies, & coniurati ex locis finitimis multos acciuerant, hoſtes etiā rei conſcij magnū coegerant equitū numerū, vt Balduino perēpto Regem repente occuperent, & ſucceſſiſſet ea fraus, ni vnus è plebe, cui quidā ex cōiuratis id cōſiliū patefecerat rem ad principē detuliſſet. Is turbatus eo ꝑiculo principes cōiurationis ꝑ cōſilij ſpeciē acciri iubet, Gallos oēs arma capere, portaſq; vrbis obſeruari, ne qui foras egrederētur, & cū vocati mox veniſſent admotis tormentis fateri vera
B metu coacti & ſceleris cōſcios nominare ſummo ſupplicio ſunt affecti, atq; armati ꝑ vrbem euntes quoſdā tumultus cōpreſſere. Multi ꝓterea poſt paucos dies in exiliū acti ſunt, & bona eorum publicata. Ab hoc periculo Balduinum ſeruatū aliud penè maius excepit, quod effugit numinis ope, ipſi fato imminenti ereptus. Perſa is qui vrbem Sarmem Balduino tradiderat caſtellum tenebat Ragi propinquum, in quo arx muniti ſſima erat, qui venire ſæpe ad vrbem, frequens eſſe in aula principis conſueuerat, cui ſe ita inſinuauit, vt omnes ferè penes eum gratia ſuperaret. Hic ad extremum ſecum reputans q̄ inuiſus eſſet ſuis, qua infamia præmeretur, ꝙ chriſtianis familiaris factus Regem ſuum, religionē, patrios mores eſſet oblitus, & pro ignotis atq; hoſtibus niteretur, quodq; multi ſibi idipſum exprobaſſent conſuetudinem eius vitantes velut ꝑfidi ac polluti, ſtatuit facinore aliquo ſuis gratificari, quo illorum gratiam iniret. Itaq; principem adiens ait perſas omnes eū odiſſe, ꝙ ipſis neglectis religione poſthabita chriſtianis adheſerit. Ideoq; ſibi vicinos inſidiari, cauſas belli & controuerſiæ quærere, nō die nō nocte ipſum quieſcere tot periculis circumſeſſum. Atq; ideo cogitanti ſibi

C quonam modo res familiares vitamq; poſſet tueri, nil ſecurius viſum ſibi eſſe, q̃ domeſticos lares deſerere, atq; ibi vnà cum alijs vitam agere. Proinde Balduinum orare, vt miſertus eius fortunę, amicitię memor eius caſtellum tuendum ſuſcipiat, ibi arma ibi milites collocet ſuos, ſe vero ætatis reliquum in ſua vrbe agere ſinat amicitia eius, clementia, opibus fruiturum, cum præter ea nil reliquũ ſibi fortuna fecerit. Illius vero intereſſe ne oppidum permunitum eĩ propinquũ hoſtes occupent, quo ue intelligat ſe facturum operepretiũ ſi occupandi caſtelli hoſti pręripiat facultatem, hortari eum, vt ad illud viſendum proficiſcatur. Vera hunc dicere princeps putans ſui meriti q̃ naturę alterius magis memor cum equitibus centum ad videndum locum perrexit, barbaroq; illum hortare vt caſtellum ingrederetur, in quo armatos multos condiderat, vt eum ac ſuos comites caperet; paratum ipſi morem gerere comites tenuerũt, ne ſe crederet hominis fidei magnopere ſuadentes. Dux igitur extra oppidum manẽs, equites duodecim intus miſit, qui arcem atq; alia loca inſpicerent. Hi vix arcem

D ingreſſi capti ab armatis fuerunt, atq; in vincula coniecti. Balduino miranti redire ad eum ex his neminem horę ſpatio iam tranſacto necmediocriter ſuſpicanti, præfatus perſa ex muris apparuit, qui rogatus exprimere, cur tãdiu eſſet moratus vel equites retineret, reſpondit eius milites uinctos eſſe, nec ſe illos dimiſſurum, ni Balduinus vrbem Sarmẽ reſtitueret, nec aliud ſibi eſſe moleſtius q̃ q; ipſe ſuas manus euaſerit, cuius cęde priſtinum ſcelus quo deum ac patriam lęſerat expiaſſet. Id audiens Balduinus cernenſq; ſibi vires ad oppidum expugnãdum deeſſe mœſtus inde ob ſocios amiſſos diſceſſit. Sed qui pro eo Serorgem tenebat, Robertus nomine vir pręſtans bellicis artibus poſtq̃ accepit barbari fraudem ſecum tacitus voluit animo, qua nam via detrimentum acceptum ſarciret, demum nocte vrbe exiens propè id caſtellum proceſſit ducentos ſecum habens equites, paucisq; ex his præmiſſis qui circũ mœnia vagarentur, & pecora ſeu homines caperent, ipſe in ſilua occultus cõſtitit. Qui ergo proceſſerant ſub oculis hominum prædas agentes, eos ad pugnam cum exiſſent, de induſtria metum fingere ac cedere ſenſim cęperunt, quos incauti barbari perſequentes venere ad locũ inſidiaꝝ, ibiq; ab equitibus

A tibus fuſi dum in varias fugiunt partes, quidam ex eis interfe ċti ſunt, ſex etiã viui capti pro qbus redditis totidẽ chriſtiani remiſſi ſunt. Ex his vero qui vincti remanſerant, cũ quattuor effugiſſent, ira concitus qui caſtello dominabatur, ſecuri alios percuti iuſſit, cuius pfidia fuit cauſa, vt poſtea Balduinus conſuetudinem Barbaroꝝ vitaret, fidem eoꝝ ſuſpectam habens, & ab vnius crimine diſcens oẽs. Raimundus aũt Toloſę princeps ne pociũ tereret tẽpus multos equites atq; pedites ducens ad vrbẽ Albarẽ eſt pfectus, ab Antiochia paſſuũ millib⁹ triginta diſtantẽ, quę ab hoſtibus tenebatur. Et eã expugnare adortus, cum oppidanos biduo fatigaſſet nullo quietis dato ſpatio, illi trepidi & cõſilij inopes tandem portas aperuerũt. Ea vrbe dux potitus, ac finitimis regionibus ibi praeſulẽ ſtatui fecit virũ doctrina moribuſq; praeſtantẽ qui Petrus dicebatur ex Narbona gallię vrbe natus. Dum hęc ab iſtis geruntur, ingens manus equitum Germanoꝝ vecta mari cũ Antiochiam conceſſiſſet peſte adhuc eam vaſtante vis ingens morbi valitudine oẽs tentauit, & multi ex illis periere. Poſtq̃ aeſtas pręte
B rijt & autũnus grauis, extincta iam protinus peſte reuerſi ſunt Antiochiam duces, vt ſimul, quid eſſet agendũ, conſultarent. Ibi audientes vrbẽ eſſe Marã dictam octo millibus paſſuũ ab ea diſtantem, quã princeps Toloſę occupauerat, viris, armis, atq; opibus claram, eiuſq; accolas eſſe hoſtes, nec vllam pacis mentionẽ feciſſe, ſuis armis & vrbi confiſos ſitu & opere permunitae, hanc oppugnare ſtatuerũt. Ergo ducẽtes magnas copias poſt paucos dies venere ad vrbẽ, qua omni ex parte armatis cincta corona illam aggrediũtur. Sed oppidani acriter propugnantes cõuitia multa in eos dicebant, quo ne maiorẽ adderent contumeliã ſublatas in ipſis moenibus cruces, in fruſta ſcindebant, vel ſtercore aut luto polluebant, quo intelligerent noſtri ſe contemni & deſpici, atq; illos conſtanter obſidionẽ laturos. Ea re irritati duces vbi viderunt ſine machinis parum proficere augeriq; hoſtiũ animos, qui dies cõplures fortiter ſe defenderant, cõſtrui machinas varij generis curarunt. Ex quibus ingens vis lapidũ in muros vel vrbẽ emittebatur, multi etiã teſtudinibus tecti ferro moenia perforabant, multi quoq; ſcalis admotis ea ſcandere nitebantur. Barbari aũt tot anguſtijs circũuenti minime remittebant certamen, ſed tella,

C igné, vel ſaxa conijciebát, ſcalaſq; aſcédétes, feruéti oleo atq; aqua obruebát, qbus oppreſſi milites, multi ſemianimes ruere cernebátur. Sed oía vicit ptinax virtus. Noſtri.n. ira calentes q eis tm̃ barbari reſtitiſſent, qui ſępe magnas fuderát copias, tot pclaras cęperát vrbes, ſumma vi tandé annixi deiectis hoſtibus mœnia occuparũt, & niſi nox ſupueniſſet eodé impetu ciuitaté cępiſſent, ſed tenebris impediti cõſtitere i muris, & ne qui vrbẽ egredi poſſent multi vndiq; obſeruabant. Poſtq̃ illuxit quũ ſolitudo in vrbe ppe mœnia cerneretur plurimi deſcẽdentes portas fregerũt, p eaſq; irrupit exercitus, qui p vrbem diſcurrés vacuas vias cũ repeciſſet inſidias veritus domos ingredi non audebat. Poſtq̃ vero miſſi ad explorandũ quas domos intrauerát eſſe vacuas, hoſtes abeſſe nuntiarũt, verſi oẽs ad pdam totá vrbẽ diripuerũt, & ingens pręda omnis generis parta eſt. Erant in vrbe ſpecus multi, p quos ciues oẽs cũ liberis cõiugibuſq; ſe occultauerát. Ad ea loca duces pfecti in ore ſpecuũ ignes accendi maximos iubẽt, ex qbus ingens vis fumi cũ exijſſet, in hoſtiũ ora ferebatur, qui vltra durare nõ valentes ſpiritus intercluſis obcęcatiſq; oculis tádẽ è latebris emerſerũt. Tum vero apparuit ab ira & odio expugnatá ciuitatẽ.

D Nam multi ex oppidanis licet armis abiectis ſupplices tenderent nr̃is manus, fœdè interfecti fuerũt, reliqui velut ſerui habiti ſunt, vrbs vero diruta & incenſa eſt. Atq; ob hoc quædá vicinæ vrbes metu in poteſtatem victoꝝ venerũt. His pfectis cũ Antiochiá oẽs rediſſent, cęperũt milites palam fremere nõ vltro eos morá facturos, qn Hieroſolymá vrbẽ petát. Duces.n. bella ex bellis ſerere oblitoſq; cur ab initio arma ſumpſerint, quá fidẽ exercitui dederint, vagari p Syriá, ibi opes atq; imperium quęrere, abuti ſanguine ac viribus militũ, qui pro Iudea recuperanda iter tá longũ cõfeciſſent, excidiſſe animis chriſti religionẽ, ſepulcri memoriá ſordes eoꝝ & erumnas, qui per Iudeam chriſtiani eſſent. Ferendos ergo eos nõ eſſe qui poſt res egregie geſtas fidei ſocialis obliti eſſent, & rẽ differendo cauſa fuerint, vt magná partem copiaꝝ peſtis vel ferrũ abſumpſerit, ſed eos orandos, vt Hieroſolymá ire pgant, quod ſi negauerint eligi oportere itineris duces, cũ quibus omnino relictis illis maturę proficiſcantur. Demũq; inuicem exhortátes ipſos duces circũſiſtunt, orant, vt cunctis poſthabitis eos aduotum

A explendum ducāt,ne maculent fidem ſemel datam,& rebus
geſtis labem adijciant ſempiternā,quaſi metu aut ignauia cla-
ram expeditionē reliquerint, ſe vero celerem profectionem
quærere,vt mature bello perfecto ad patriam reuertantur,ne
diutius q̄ par eſt, à ſuis liberis & coniugibus abſint. Quod ſi
progredi recuſauerint,omnē exercitum ipſis relictis profectu
rum,cui aduerſum ſiquid acciderit penes eoſdem culpā fore,
qui eum deſeruerint, & eam infamiā apud chriſtianos partas
laudes deleturam.Quibus moti vocibus duces(vera enim di
cebantur)conſilio habito tandem ſtatuūt poſt hyemem exa-
ctam Iudeam petere,vt eadem victa laboribus,ac periculis
clarum finem imponant.Sed ne dum in alias migrant oras nu
da præſidio Syria remaneret,eamq; iterū caperēt hoſtes,pla-
cuit cunctis Boamundū relinquere cū manu valida peditum
atq; equitum,qui eam prouinciā tueretur,Tancredum vero
cum alijs proficiſci,in quo æque ac in Boamundo ſpem habe-
bant,ob eius animi & corporis dotes, quæ in eo ſupra modū
eluxerāt,& erat incertum an melior dux vel miles eſſet.Nam
B inducendo exercitu ſiue in ꝓlio cōferēdo cautus erat ſimul &
audax,manu fortiſſimus,multis inſignibus clarus pugnis,nec
animus vinci,nec corpus labore vel icōmodis poterat,lingua
etiā,vt expers doctrinę nō infacūdus habebatur. Religione,
integritate,modeſtia,magnitudine animi maxime ſemp fuit
ꝓditus,nec opibus creſcere,ſed gloria nitebatur,quā immor-
talē multis ac magnis rebus geſtis eſt adeptus. Interea Boa-
mūdus certior factus quaſdā vrbes in Ciliciā rebellaſſe,maio
rēq; motū expectari,& ea ſpe Cilicas excitatos,ꝙ fama eſſet
magnā partē chriſtiani exercitus eſſe deletam,reliquos Hiero
ſolymā profecturos,ideoq; credere illos fore neminē qui eam
ꝓuinciā armis repetat,eò celeriter duxit copias,ut imparatos
atq; inopinātes opprimeret,& multis eriperet facultas res no
uandi.Nec eū fefellit opinio.Nā q̄ ſtudebāt rebus nouis nō-
dū apte hoſtes facti ob eius aduētū prius cōſiliū abiecerūt,re
ceptoq; in vrbes exercitu coacti ſunt obſides tradere,ne de-
inceps pacē turbarēt, deinde ad eos Boamūdus ꝓfectus,qui
deſtituerāt,celeriter oēs ui aut metu in poteſtatē redegit.Sic
demū pacata ꝓuincia,relicto ibi p̄ſidio valido,ne motus noui
excitarentur ſecū ducēs plurimos obſides Antiochiā redijt.

C BENEDICTI ARETINI DE BELLO A
Chriſtianis contra Barbaros geſto pro Chriſti ſepul-
chro,& Iudea recuperandis. Liber.iiij.

EAm pręcipitauerat hyems martiuſq; ad-
uenerat menſis, quum Princeps Toloſæ
Tancredo comite quidamq; alij ſecum
duces Iudeā verſus iter cæperūt,& eun-
tes propè Cæſaream, deinde Amā,Ca-
lamelamq; vrbes,quæ ab hoſtibus tene-
bantur,habebant copiam rerum omniū
perſis timentibus,ne ſi forſan cōmeatum
negaſſent,noſtri agros popularētur,vel ea oppida oppugna
rent.Nō ſolū ergo cibaria vendita,ſed miſſa illis munera ſunt,
quo pacatum facerēt iter,& à tanta hominū turba citius agri
liberarentur. Igitur Galli propere tranſeuntes ingreſſi ſunt
Feniciam regionem,flectenteſq; ad maritimam oram,vt ſi à
terra deficeret commeatus mari ad caſtra deferretur,nullum
habebāt obuium hoſtem,qui eis tranſitum impediret.Quidā
latrones in ſiluis abditi,tum demum ſe oſtendebant,quū prę-
D greſſos viderant noſtros,& poſtremi agminis quoſdā tardius
procedentes capiebant,& ſi conuerti viderant aciem ſumma
celeritate latebras repetebant,vt vno tēpore in uia eſſe atq;
in ſiluis viderētur hoc modo varijs locis prout ijs dabatur oc-
caſio,iter infeſtum faciebant,modo à latere,modo à tergo in-
curſantes.Egre id ferens Toloſę princeps iuſſis alijs iter pro-
ſequi à via digreſſus loco idoneo ſe occultat,ducētos equites
centum pedites ſecum habens nōnulloſq; vltimi agminis ve-
lut feſſos in via cōſiſtere imperauerat,quos latrones cū inua-
ſiſſent captoſq; ducere niterentur impetū Toloſitæ in eos fe-
cerunt,qui re noua perterriti cū ſe non ad pugnā,nec ſatis ad
fugam explicarent,vel cæſi vel capti ſceleris ſui dederunt pœ
nas.Quoꝝ exitus docuit reliquos,ne quid vlterius mollirētur.
Dierum aliquot via confecta demum venere ad ea loca,quæ
peranguſte tranſitum dabant,& incolę oppidi propè ſiti,quo
tranſitum prohiberent,ea inſederant. Cōmiſſo igitur cum ijs
prœlio,tandem barbari fuſi magna cū cęde repelluntur aditu
libero noſtris relicto,qui anguſtijs ſuperatis prœlio ac labore

A itineris feſſi patenti in agro caſtra locant, ad quę indigere cõmeatũ ferentes, duces orabant; vt cõprimerent ab iniuria milites, vaſtari agros ferro vel igne, homines capi, diripi vicos non permitterent, eos vero in ipſa via copiam rerũ allaturos. Qui bono animo eſſe iuſſi ſi promiſſa exequerentur, parẽ verbis fidem fecerunt, nulla re, quæ militibus vſui eſſet, non conceſſa. Inſuper etiam ex proximis oppidis chriſtiani multi, qui belli tẽpore capti fuerant, venditiq;, ſine pretio remittebantur, vt cuncti noſtris gratificarẽtur. Continuato itinere venerunt Galli ad claram vrbem ab incolis regionis Archin vocatam quinq; millibus paſſuũ à mari diſtantem. Ea ſubiacet libano monti, & quæ circũſtat oppidũ regio, fertilis & amena multum erat, aquis abũdans, aruis nemoribus paſcuiſq; diſtincta, longe ac late ſatis patens, quã oliuæ aliæq; domeſticæ arbores magna ex parte veſtiebant. Caſtris propè oppidum poſitis Galli cum agros popularentur, timens is, qui ei dominabatur, ne ſi negaſſet cõmeatum, in ſe vnum bellum conuerteretur, præſertim ob loci cõmoditatem, bello pacem cenſuit præferendam.

B Ideo miſſi ad duces placandos cibaria pro exercitu muneraq; ampliſſima obtulerunt. Simul etiam chriſtianos ducentes, qui dum noſtri Antiochiam obſidebãt, capti fuerant, atq; ad Archim demum deducti, quibus receptis cędibus finis populandiq; agros factus eſt. Ibi dum alij conquieſcunt, pars exercitus duce Tancredo ad Ortoſiam oppugnandam contendit. Ea vrbs in plano ſita, nec procul à caſtris ipſis diſtans, cum parum munita & opibus plena eſſe affirmaretur, inceſſit Gallos cupido eiuſmodi vrbem occupãdi. Mœnia igitur ſubeuntes vndiq; illam aggrediũtur, nec ſegniter oppidani ſparſi per muros reſiſtebãt, haud ignari, quæ vrbe capta pati eoſdẽ oporteret. Cum ergo vtrinq; magno animo pugnaretur, tractum eſt ad noctem certamen, qua veniente finem noſtri oppugnandi fecerunt multis illatis & acceptis vulneribus. Interim oppidani ſpe abiecta vrbis tuendæ cũ liberis & coniugibus in montes proximos refugerunt; ea omnia ſecũ ferentes, quæ breui ſpatio extrahi poterãt. Vix dum ſatis certa lux venerat, quũ Galli armis arreptis ad oppugnandam vrbem redibant, qui mœnibus propinquantes neminem ſuper eis cũ vidiſſent, nec aliquis intus audiretur clamor, ſed magnũ vndiq;

C eſſet ſilentium, erectis celeriter ſcalis cuncti muros aſcende-runt, & per vacuam viris vrbem vadẽtes, vbi ab eſſe inſidias cognouere, omnes ad prędam diſcurrerunt, quæ omnis gene-ris ingens fuit. Goffredus interea certior factus, Italos mer-catores Galloſq́ cum ſuis nauibus eſſe in portu, cuius iam ſu-pra meminimus frumentum habẽtes, reſq́ alias vſui militum non inutiles. His accerſitis tandem conuenit, vt ipſi cum na-uibus Iudeam petentes non procul à litore nauigarent, & ei venturo per maritimam oram neceſſaria miniſtrarent. Mo-uens deinde cum exercitu, qua iuerãt alij, facit iter, veniẽſq́ ad Gibelim vrbem Feniciæ regionis eam obſedit, cuius prin-ceps auro vrbem ratus tuendam, quam defendere armis ne-quibat, aduerſus adeo validum hoſtem, quem vehementer ci-ues timebant ob famam ab eo geſtarum rerũ, ingens auri ob-tulit pondus, & pro exercitu victus copiam, ſi omiſſa obſidio-ne Goffredus vltra progrederetur, quod longe aſpernatus auidior gloriæ ꝙ̃ pecuniæ acrius obſeſſos vrgebat. Sed cũ ſpe longior intercederet mora, & in oppido expugnando ingens D labor multorum dierũ proponeretur orabant milites omnes ducem ne iter incœptum moraretur, ne facultatem ſibi adi-meret ea æſtate bellum conficiendi. nam pluris Iudeam ꝙ̃ Gi belim vrbem fieri debere rebus gerendis nõn opportunam. Quorũ precibus tandem victus re infecta inde abſceſſit. Sunt qui referant eum barbarum vrbis principem poſt repulſam à Goffredo acceptam, anxium animo quidnam ageret, demũ nuntios Archim miſiſſe, qui grandi pecunia Toloſæ regulum ſibi conciliarent, vt eius ſuffragio ad placandum Goffredum vteretur, atq́ illum ſumpta pecunia fraudem cõmentũ Gof-fredo ſcripſiſſe, ſibi eſſe cõpertum regem perſarum, vbi acce perit cladem ſuorum magnũ exercitum comparaſſe, quo in-iurias vltum iret, nec eum procul ab eſſe, cuius aduentũ ſi ex-pectaret, vel perniciẽ ſubeundã, vel fore, vt nouo bello im-pliciti expeditionem Iudaicam deſerant, Ideo ſe illum orare vt ſoluat obſidionẽ, celeriterq́ ſe illi coniungat. Et ex his mo-tum Goffredũ à Gibeli diſceſſiſſe, ac eam fraudem poſtea co-gnitam, principem Toloſanum infamem atq́ inuiſum cun-ctis feciſſe. Poſtquã duces ſimul fuerunt, Legati ad eos Aegy-ptij regis venẽre illi placere oſtẽdentes, vt ſi chriſtianis vi-

A dere ſepulchrum cordi eſſet, quo forſan ſuum votũ expleret, eo inermes proficiſcãtur. Neq; enim armis opus eſſe regis optimi atq; amici vrbem petentibus, operamq; daturũ eũ, vt hoſpitaliter ac benigne recipiantur. Quod ſi armati rege inuito ulterius tenderent, eum iter uiribus magnis prohibiturũ, nec laturũ modo aliquo, ut aduenae chriſtiani diu à ſe poſſeſſum regnũ armis inuadant. His eſt reſpõſum duces ipſos dare leges nõ accipere cõſueſſe, nec ideo arma induiſſe, ut ad nutũ regis Aegyptij ea deponant. Ergo eos uelit Rex, aut nolit more ſolito iter facturos, ſpem habentes deũ fœderis teſtem ſcęleriſq; ſuorũ hoſtiũ ipſis in bello nõ defuturũ. Sub idem tempus Byzantij principis oratores, poſtq̃ ad duces puenerũt, quęri aiebant imperatorẽ, quod cũ omnes fidem dediſſent, ſi qua per Aſiam bello quęrerent, ea pro illo retenturos. Tamen eos fidem fregiſſe, cũ Boamundo Antiochiam dederint aliaſq; plurimas urbes, iuſſerintq; ne cui principi obediret. Igitur nunc eundem petere, ut fidei memores bello parta eidem conſignent, quod ſi neglexerint, ipſum Imperatorem talem iniu-
B riam non laturum. Ad ea Goffredus nil reſpondit fędius eſſe, q̃ obijcere aliquod crimen, quod in eum totum redundet. Id tum facere Græcum principem, qui cum poſſet eis opitulari in Antiochia iam obſeſſis, atq; id poſceret data fides, vt qui ſcilicet ei parebant, ſuis armis defenderentur. Eum id facere neglexiſſe, impieq; in ſummis periculis tot chriſtianos deſeruiſſe, qui ſi victi ab hoſte fuiſſent, vel amiſiſſent protinus vitam, vel à barbaris tenerentur, nõ forte ſibi moleſtum fuiſſe; ipſum quoq; legatis orantibus, vt contra Aegyptios auxilia mitteret, ea negaſſe, quanquã ſibi eſſet compertum ingens periculum imminere, ſi noſtri in re tam graui deſererentur, proinde recte duces feciſſe, qui eius imperium abnuiſſent. Quæ vbi legati audierunt, orabant maxime ipſos principes ne vltra tenderent cũ exercitu, & principem ſuum operirentur. Ipſum enim cum magno exercitu breui ſe illis coniuncturum, ac ſi bellum ſimul gerant, hoſtes Aegyptios vires eorum non laturos, ſinguliſq; ingentia munera, magnam vim pecuniæ promittebant. Qua re in conſilio agitata ſententiæ principũ variabant, quibuſdã cenſentibus expectandos Gręcos, & præmij ſpe forſan motis, alijs vero penitus aduerſan-

C tibus,qui ſe imperatoris perfidiam ſimulatũq; animum noſſe aſſeuerabant,nec ipſum ob aliud ea tunc fingere,q̃ vt iter inceptum moraretur,ac ſerẽdo inter eos diſcordiam,maior ſibi eſſet facultas imperiũ extendendi. Ea diſſenſio paulatim ſerpens totum exercitũ penè infecit,& ea contentionis eſt prouecta,vt inuicẽ altercantes vix manibus temperarent. Id quidam videntes,qui ex Tripoli vrbe magna & nobili ad explorandum in caſtra venerant,domũ reuerſi ſeditionem noſtrorum indicarunt,rem perſę grauem verbis etiã augentes. Quocirca præſidens vrbi q̃q̃ multa prius obtulerat,quo auerteret à ſe hoſtes,eoſq; à populando cõprimeret,tantũ ex hoc auxit ſpiritus,vt contractis vndiq; auxilijs noſtros arcere à tranſitu niteretur. Caſtris ergo poſitis extra vrbem,qua venturos noſtros opinabatur,conſtitit cũ exercitu acie pugnaturus,ſi duces aduerſus eum procederent. Quibus cũ id innotuiſſet,ſocius timor (vt ait poeta) pacem inter eos ſuaſit. Itaq; cõtentionibus poſitis cõmuni animo inſtruunt acies,& aduerſus hoſtem profecti prœlium ingens cõmiſere,barbaris non cedentibus

D q̃a noſtri loco iniquo dimicabant. Sed cũ pręuecta equitũ acies ſe hoſti à tergo oſtendiſſet,fuga fieri cępta eſt,ſimulq; ingens fuſorum cædes,quouſq; ad vrbem noſtri ſequentes parum abfuit,quin vnà cũ illis intus irrumperent. Eo modo barbaris victis duces non longe ab vrbe caſtra locant,non quo eam obſidendum putarent,mente ipſa in Hieroſolymã verſi,quã ſine mora petere ſtatuerunt,ſed quo barbari pacem ſibi ab eis redimerent,rati eos animis fractos bello concordiã prælaturos,neq; ipſos fefellit opinio. Nam die ſequenti vrbis princeps nuntios miſit,qui cõmeatum omnis generis magnumq; auri pondus daturum ei pollicerentur,& omnes captiuos remiſſurũ. Quibus ex fide obſeruatis noſtri ab vrbe diſceſſerũt,& per maritima loca euntes venere ad vrbẽ Barutim dictã,quã Butirim Priſci vocabãt. Poſt ad Saietem,quã veteres ab ipſo initio Biblum dixere,cuius indigenę cõmeatum negantes noſtros caſtrametãtes inuaſere. Sed deducti ab opere milites cũ propere aciẽ direxiſſent,cernere licuit,quid inter eſſet manus conſerere turbam inconditam & aſſuetos bellicis rebus. Nã oppidani armorũ rudes,quãuis multi numero eſſent,primo impetu fuſi à noſtris pauẽtes in vrbe ſunt cõpulſi,plu-

rimiq;

rimiq; illorum capti vel interfecti fuerunt. qui ſuperauerunt
malo domiti ad deprecandam iram imperatoris miſere copiã
rerum omniũ, quæ ad alendum exercitũ pertinebant, ſimulq;
munera magna ipſis ducibus, qui abeuntes traiecto amne Bi
blum inter ac Tirum fluente, quemadmodum veteres appel
labant, ad vrbem Tirũ peruenere, vetuſtate fama ſituq; & opi
bus claram. Ex qua inclitæ olim Carthagini haud dubiã fuiſſe
originem priſci tradunt rerum ſcriptores, ac ſemper Cartha
ginenſes Tiros ipſos velut parentes coluiſſe ſuæ originis non
imemores. Ea vrbs iampridem libertate amiſſa, & Maumetti
legibus obſequens Aegyptio tum parebat regi, prope quã po
ſitis caſtris, noſtri amœnitate regionis pellecti rerum omnium
abundantis, triduo iter intermiſerũt. Deinde mouentes inter
mare ac montes via difficili atq; anguſta Ptolomaidã petunt,
Acrem poſt ab incolis dictam. Ibi ad leuam flexo itinere, reli
ctaq; à dexteris Galileã, inter mare ac montẽ Carmelũ ibãt,
quoad Cæſaream fuit ventum. Id Iudeę prouinciæ oppidum
ab ipſo initio Stratonis pirgus dicebatur. Sed cum Herodes
B pene collapſum amplificaſſet ei Cæſareę nomẽ indidit, Octa
uium Cęſarem honore proſequens, à quo ipſe antea hoſtis cũ
fauiſſet Marco Antonio rex appellatus, maximis beneficijs eſt
affectus. Nec idem Cęſar in alium regem ea ætate indulgen
tior fuit, præſertim quia regio animo & fide inſigni præditum
eum intelligebat. Cum ob Iudeam bellum hoc geſtum fuerit,
non incongruum viſum eſt, parum digredi ab incœptis, pau
ciſq; Iudeę ſitũ quibuſue circũſcribitur locis abſoluere. Igitur
ea prouincia Syriã à ſeptentrione terminos habet, ab oriente
atq; meridie Petream Arabiam, ab occaſu Aegyptum ſimul
mare vſq; ad Syriæ limitem, in has præcipue regiones diſtin
cta; Iudeam ſcilicet, Galileam, Samariam, & Idumeã. Duo in
ea nobiles portus Lannetorum & Gazeon imprimis fuerunt,
& infraſcriptæ vrbes maritimæ, quæ pcipue habebantur Stra
tonis, Cæſarea, Apollonia, Azotus, Ioppe, Aſchalon, Gaza,
Dora, & Antedon. Eam Iordanis interfluit amnis latus alueo
atq; altus, & quodam loco in aſphaltidem vndas trahẽs, lacũ
bituminis copia celebrem, à quo poſtremo ebibitus aquas lau
datas & ſalubres perdit peſtilentibus mixtas, & vbi conual
lium fit occaſio ex aſphaltide fluens lacum conficit, quem ali

C qui Aram nonnulli Taraceam vocauerũt,latitudinis ſex mi- lium paſſuum, ſexdecim longitudinis, & eum amena oppida & aquæ nobiles circumſepiunt. Ab oriente Iulias & Hippo, à meridie Taracea, ab occaſu Tyberiadis aquis calidis ſalu- berrima, ab occidente Macherus arx Iudeæ, ac fons cali- dus Calliroe appellatus. Aſphaltidem vero nil ferunt gi- gnere præter bitamen, nilque in eo protinus mergi, longi- tudine paſſuum milia centum explere, latitudine maxima ſe- ptuagintaquinque, minima ſex. Regio, quæ Iudea proprie dicebatur, à Iordane vſque Ioppem & ex vico Sarfaxo di- cto ad Iuliadam vſque vrbem itemq; Tyberiadis lacum la- titudine tendebatur. Longitudine autem vſq; ad Ptholo- maidam in plures Toparchias diuiſa, Emorinem ſcilicet, vbi ciuitas Hieroſolyma fuit, cæteris inter accolas eminens; Coſnam hiericontem palmetis conſitam fontibuſque irri- guam, Atrabatam, Tannam Ligdom, Ioppicam, Attrameam, Pellam, Ingaddam; Betholem; Zofaniticam, Gaulanitem, Gamaliticam, Bataneam, Trachonitidem, Herodium. Vrbes vero in ea præcipuæ infraſcriptæ fuerunt. Hieroſo- lymæ, Zafira, Gaza, Lamia, Ligda, Rama, Antipatris, D Druſia, Sabaſte, Bectogobram, Sebuns, Emaus poſtea di- cta Nicopolis, Gufna, Archelais, Faſelis, Hiericus, Thamia, Beddora, Hengadola, Thamaron, quæ ſunt à parte occi- dentali Iordanis. Ab orientali ſunt hæ. Coſmos, Libia, Cal- liore, Gazorus. Epiceron. ab eadem parte regio Idumea has præcipuas habuit vrbes, Berzamam Caparorſam, Gematu- rim, Eleuſam, Maſſam, Callim. Samaria regio Iudeam inter Galileamq; ſita à vico incipiens Genamę dicto in Atrabathã deſinit Toparchiam, Temnam atq; Neapolim nobiles ciuita tes habens. Galilea ſuperior & inferior a ſeptentrione Feni- cem prouinciã ſpectat. ab occidente Ptholomaidam, & Car melum montẽ, à meridie Scitopolim, Samariamq;, ab oriente Ioppem, & Sadaram. Inferior Galilea ex Tyberia vſq; Zabu lon longitudine tendebatur. Latitudine vero ex vico Saloet vſq; ad Berſabẽ. Alterius longitudo à talla vico iordani pro- ximo ad Herodium oppidũ trahitur, latitudine vero ex Ber- ſabe vſq; ad bacha uicum patet, qui terram dirimit Tiriorum. Vrbes in eis multæ fuerũt, & hæ inprimis nobilitate inſignes.

A Iulias, Affura, Caparcotia, Nazaret, Zabulon, Iotapatra, Seffolis, Aſamon, Berſabe, Peloim, Caphareton, Tarichea, Gabra, Giſcala. Sed ex his non paucæ vrbibus deſertæ aut diſiectæ fuerant, quum chriſtiani Iudeam armis repetiuerunt, plurimæ quoque vetus nomen prorſus amiſerunt. Ergo vt proſequar inſtitutum, duces hanc ingreſſi prouinciam, poſtquam Cæſaream peruenere, caſtris poſitis propè vrbem, vbi paluſtris erat aqua, dies complures quieuerunt, ſacris ſolennibus celebrantes diem, in quo Chriſti olim Apoſtoli Sanctum ſpiritum acceperunt. Deinde Ioppem à dextera relinquentes Iafam à barbaris appellatam, profecti ſunt ad vrbem Ligdam, in qua Diui Georgij tumulus erat, ſuperque illo templum nobile à Cæſare quondam Iuſtiniano ædificatum, qua occupata cum audiſſent ciuitatem præclaram haud longe inde abeſſe, Ramam ab incolis regionis dictam, in qua longa pax & rerum copia luxum deſidiamque non vires ad bellum aluerat, Flandriæ regulum ad eam oppugnandam miſerunt, nec ſitu neque opera ſatis munitam. Id non latuit oppi-

B danos, quibus præmiſſi exploratores conſilium hoſtium patefecerant. Itaque nocte antecedenti cum coniugibus liberiſque ac magna parte rerum ſuarum ad proximos montes confugerunt. Igitur Galli apertas portas videntes, & muros propugnantibus vacuos ingreſſi ſunt celeriter vrbem domoſque omnes, & abdita quæque perſcrutati præda ingenti potiuntur, & magna in primis rerum copia pro alendo exercitu neceſſaria. Quod vbi reliquis fuit notum, qui in caſtris remanſerant, mox vniuerſi ad vrbem captam contenderunt, Ibi paucos dies morati, atque vrbi præſule conſtituto, qui Robertus dicebatur genere Gallus vir doctrina & moribus præſtans, relictoque præſidio valido, ne deſertam caperent hoſtes, ad Nicopolim iter vertunt, oppidum quondam Emaus dictum, in quo ſacræ perhibent litteræ Chriſtum à mortuis reuocatum ſe duobus manifeſtaſſe, qui diſcipuli eius fuerant. ibi parumper quieſcentibus noſtris nuntij à Bethleem propinqua vrbe venerunt puerperio Diue Virginis celebri, ſe à chriſtianis miſſos dicentes, qui in ea degebant, vt præſidium peterent, quo imminenti malo eriperentur. Nam finitimos barbaros multos armatos coegiſſe, vt

C cũ illis Hieroſolymas pergãt. Ideo chriſtianos timere, ne ipſi A
propè Bethleem tranſituri templa omnia chriſtianæ religio-
nis euertãt. Ideoq; cupere illos, vt eo duces mitterẽt copias,
quæ occupata propere vrbe nullius armis cuſtodita vim ho-
ſtium propulſarent, ergo ipſos duces orare, vt prorſus voti
cõpotes faciant, nec ea ſinant dirui templa, quæ vt viderent
ac ſeruarent, maximũ iter confecerũt. Vera hoc dicere duces
rati proxima nocte i re Tancredũ & multos equites ſecum iu-
bent, occupataq; vrbe illam tueri, ſiquid barbari mollirentur,
qui ſilentio noctis mouentes nondum luce ſatis certa, cum ad
mœnia ciuitatis veniſſent, intromiſſi à chriſtianis nemine repu
gnante illam capiunt. Mox profecti ad ſacras edes præ gaudio
lachrimas emittebant, locum cernentes, in quo ſacræ virginis
partu ſalus orbi tradita eſt, quem videre & oſculari tantopere
cupierant. Dum hæc à noſtris geruntur, qui erant Hieroſoly-
mis hoſtes tela machinas omnis generis tormenta plurima in
tus aduexerant, magnam inſuper vim frumenti aliarumq; re-
rum, vt ferre poſſent obſidionẽ, turres muroſq; veſtutate aut
bellis collapſos reſtituerant, & ex tota Iudea omnes acciue- B
rant, quos meliores bello arbitrabãtur, haud ignari celeriter
D noſtros ad oppugnandam vrbẽ venturos, fontes inſuper pro
pè illam aut puteos q̃q̃ rari ad modũ erant, omnes obſtruxe-
rant, vt chriſtiani aquæ penuria inde abire cogerentur. Vrbi
enim proxima regio riuis atq; amnibus carens, necnon palu-
ſtribus aquis, æſtiuo tempore maxime inops aquaꝝ erat. In-
tus autem multi erant putei veteres ad aquam de cœlo exci-
piendam facti, fontes quoq; artificum opera in vrbem ducti.
Chriſtiani oẽs præter pueros fœminaſq; inde abire iuſſi ſunt,
qui vt vitam redimerent quã eripere barbari mĩnabantur, &
liberos coniugeſq; ſeruarent, necnõ templa ſuæ religionis vix
à ruina vendicata, magnam ui auri perſoluerunt. Hæc enixius
agebantur à barbaris, quia hoſtes tot rebus geſtis claros timẽ
tes, cõgredi prœlio non audebant, ſatis etiam eſſe rati quoad
maiores copiæ aduentarẽt à Rege Aegyptio tranſmittendæ,
ſi vrbem ipſam tuerentur, & ea erat regis mens, quam litteris
nuper aperuerat, ſuos hortatus ne deficerent animo, ſed forti
ter ferrent obſidionem, & oppidis circũſtantibus præſidia mi-
niſtrarent. Dum propè Emaus noſtri erant ipſum Tancredum

A præſtolantes, quē ad Bethleem miſerant occupandam, Gallus quidā genere homo non mediocriter bello præſtans clam nocte caſtra egreſſus Hieroſolymas verſus perrexit, equites centum ſecum ducens, & parem ferè numerum peditum, qui occulto conſidens loco, poſtq̄ vrbi appropinquauit, occaſionem prædæ agendæ expectabat. Et luce exhorta cū vi diſſet magnos ſimul pecudum greges ad eos capiendos contendit, & cęſis paſtoribus aut fugatis beſtias præ ſe agens ad ſuos reuertebatur. Sed clamor agreſtium qui in vrbe refugerant, ita cōmouit oppidanos, vt multis ex ijs armis arreptis cōtra hoſtem exirent. Quos venire Galli cōſpicientes longe numero ipſis præſtantes, iamq́ ad pugnam expediri, pręda relicta aufugerunt, nec multū progeſſi caſu obuium habuere Tancredum cum parte illorū, quos ad Bethleem duxerat, via tranſuerſa redeuntem, reliquis pro tuenda vrbe relictis. Qui rogatus vt prædam amiſſam recuperaret, ad inſequēdum hoſtem ſe vertit, eumq́ nō procul repertum celeriter cōmiſſo prœlio ſuperat, fuſum vero noluit perſequi, ne ſi propius vrbem acce-

B deret, feſſi homines atq́ equi à barbaris demum opprimerentur. Ergo ſigno receptui dato cū parta præda ſuos incolumes in caſtra reduxit, lætis omnibus quaſi omen maioris fœlicitatis eo initio accepiſſent, & accenſi animi milites ad Hieroſolymas obſidendas eundem clamabant. ideo duces motis caſtris ad eam ſunt profecti vrbem vetuſtate ac fama rerum geſtarū priuatis quendam & publicis ædificijs, vel fortunæ varietate ſeu regū ſplendore, qui eam inhabitarent, & in primis Chriſti hoſpitio maxime celebrem, quā fuiſſe olim clariſſimam totius fere vrbium orientis quidam tradunt rerum ſcriptores, nō modo Iudei, ſed qui ex Italis maxime floruerunt. Vrbem hanc Salem ab initio dictam ferunt. Deinde Iebum priusq̄ Dauid Rex eam amplificatam caput regni conſtituiſſet. Is continue ibi reſidens Hieruſalē vrbi dedit nomen. Sed eius poſteri nationesq́ aliæ Hieroſolymas eam frequentius appellarūt, quā Romanis armis exciſam cū Adrianus denuo condidiſſet, Eliā dici demum iuſſit. Poſtea Capitoliam quidam referunt appellatam, cito tamen eiuſmodi nomina, cū vetus frequētaretur, prorſus abſoluerūt. Forma vrbis prius dirutæ longe amplior & nobilior fuit, publicis ædificijs priuatiſq́ mirum immodum

C exornata, in qua templum vnicum fuit ab Herode Antipatri conditum, quo nullum fuiſſe in orbe præſtantius quidam litteris tradiderunt. Eius ambitus trinis muris circundatę, niſi qua intererant valles, triginta & trium ſtadiorum fuit. Quo quidem tempore locus Caluarię Chriſti morte celebris factus, & eius ſepulchrum extra vrbis mœnia erant. Ea vero quã noſtri expugnauerunt, vſque ad hanc manens ætatem ambitum trium milium paſſuum habet, ſpatio longitudinis quam latitudinis maior, & ſupra duos poſita colles valle parua media interſcinditur, horum celſior Syon dictus in occiduam vergẽs partem plura egregia in ſe continet. Nã in ipſo montis cacumine turris eſt vetuſti operis quondã Dauid appellata, qua pro arce barbari vtebantur. ędes etiã Diui Franciſcí, quo in loco multi homines ſectam eius ac memores ſecuti caſte integreque vixerunt, quãuis inter medios barbaros fidei hoſtes verſarentur. Quod annuiſſe deum crediderim, vt ſicut autor eius religionis Chriſto ſimilior vita fuit, ſic à ſolis poſteris eius poſt res perditas chriſtianorum ibi ſacra rite fierent, vnde ſalus hominũ

D prodijt. Circa medium collis aſcenſum Chriſti eſt ſacrum ſepulchrum, ſupra quod prius quam noſtri vrbem caperent, paruum ad modo erat templum forma rotunda ædificatum. Sed qui Goffredo poſtea ſucceſſere imparem eſſe rei tam ſacrę locum cenſentes, atque indignũ laude chriſtiana, veteri templo aliud maius adiecerunt, locum caluarię includentes. Itaque fanũ vetuſtum penè in medio ſitum eſt; reliqua vero eius pars longitudine cubitorum centum, latitudine ſexaginta & ſex tenditur magnifice precioſeque ornata, non à fronte; ſed à latere valuas habens intra mœnia vrbis ſitã. Mons alius ab oriente Syon oppoſitus, Aora olim dicebatur, cuius in latere ad meridiem verſo templum eſt aliud nobile Deo ipſi Magno dicatum habẽs aream circa magnã longitudine ac latitudine parem, albo etiam lapide ſtratã. Huius in medio alia eſt aliquanto excelſior, in qua templum ſitum eſt octo in orbem angulos habens, cruſtaſque parij lapidis, in ſummo vertice plumbo adopertum, intus etiã parietes auro & lapillis verſicoloribus refulgebant. Ipſum fanum & inferior area muris vndique circũſepta, dum tenebant vrbẽ Aegyptij, nulli prorſus patebant, niſi quis lotis pedibus, nudiſque aditum poſtulaſſet. Vrbem ipſam

A à tribus partibus valles cingunt late quidē ac profundè, à meridie ſcilicet ſolis ab ortu & occidēte: à parte aūt ſeptētrionis vſq; ad mœnia patet aditus minime præceps aut anguſtus. Ideoq; ab eo latere ciuitas ipſa muris turribuſq; munitiſſima erat. Ad hanc obſidendā duces præfecti poſtq̄ viderunt cingi totā armis non poſſe, nec ab ijs partibus oppugnari, vbi profundę valles intererant, ab ea ſeptētrionis atq; etiā occidētis qua minus valles impediebant, eam cū copijs obſederūt. Sed cū eſſet animaduerſum ibi Tancredū cōſtitiſſe, vnde hoſtibus parū oberat: ei vero iminebat periculum valle intercedente, quæ ipſum ab alijs dirimebat, idē ſuadētibus cunctis locū occupatū deſeruit, & Syon inter ac dei templū loco edito poſuit caſtra, & q̄q̄ ſcalas nō præparaſſent aut machinas ipſi duces, aggredi tamē vrbē placuit, haud ignari plus plęrūq; opinionē virtutis q̄ virtutē in bellis poſſe. Itaq; muris ſuccedētes atrox certamen exconcitarūt barbaris admirantibus auſos eos pugnam capeſſere ſcalas vel machinas nō habentes, neq; id temerariū ſed eximię opus virtutis cenſebant, adeo fama rerum

B geſtaꝝ plusq̄ recta ratio poterat. Cū vero aſpicerēt fortiter dimicantes non telis aut ſaxis terreri ſed alacres cum clamore magis cōtinue pugnam accendere ac multos ſuoꝝ iaculis aut ſagittis confodi, tū valde perterriti vix mœnia tuebantur. Iſq; habitus animoꝝ ſi chriſtianos nō latuiſſet, forſan obſtinatius dimicantes vrbem cæpiſſent, qui à ſummo mane cū traxiſſent ad meridiē pugnā, & calor ingēs (erat. n. Iunius mēſis) ſupra modū eos affligeret, armis onuſtos ac prẹlio fatigatos, nec eo modo cernerēt viā validę vrbis expugnādæ, caſtra oēs repetiuerūt, initoq; cōſilio conſtruere machinas ſcalas parare ac vineas agere ad vrbē inſtituūt. Longior fuit operis mora, q̄a ꝓximus ager infrequēti cōſitus arbore materiā nō ſuppeditabat. Docti vero ab incolis vallē eſſe milia paſſuū ſex diſtantē multis arborib⁹ ac magnis veſtitam, eo miſere fabros multos, qui ꝑciſos arboꝝ ſtipites plauſtris in caſtra deferrēt. Quibus aduectis ita miles inſtitit opi, vt breui machinę plures varij generis & ſcalę multę ꝑficerent. Dū vero hęc à nr̄is fiebāt aquæ indies creſcēs inopia magnū icōmodū afferebat. Vt. n. ſupradictū eſt ꝓxima regio ciuitati amne ac riuis ꝓrſus carebat, & ſiqui erāt ibidē fontes aut putei vel ciſternæ oēs penè opera barbaroꝝ

C defecerunt. Qua ex re milites anſij procul ab vrbe aquã quæ
rebant, nec aliquis penè fuit locus, quem ipſi ob eam reperien
dam nõ ſcrutarentur, valles ac nemora perluſtrantes, qui ſua
induſtria vel inditio aliquorum Bethleem vrbem incolentiũ
quaſdam aquas partim ſalubres partim limoſas inuenerunt.
Quibus nequaquã ſufficientibus hominibus atꝗ equis, eo ad-
ducta fuit res, vt magna ipſorum pars equoꝝ vaga per agros
dimitteretur, quorum plurimi ſiti arentes vel alijs caſibus pe-
riere. Milites quoꝗ temere à caſtris procul progreſſi, pabulũ
aut aquam quærentes, crebro ab hoſte circũuenti ſui erroris
dabant pœnas. Multi etiam febri correpti diem obibant, æſtu
labore, ac rerũ inopia morbos vulgantibus. Dum in hoc ſtatu
noſtri erant, Ligures quidam ex Genua vrbe portum Ioppe
cum intraſſent nauibus vecti, vino frumẽto & alijs rebus one
ratis, mox miſere nuntios ducibus, qui aduentum eorum ſigni-
ficarent, peterentꝗ mitti ad eos equitum turmas, quoꝝ præſi
dio res aduectæ tuto in caſtra deferrentur. Ea re duces lętati
rerum penè omnium inopes, equites centũ pedites quinqua-
D ginta ire ad portum ſimul iubent, mulloſꝗ pro rebus ferẽdis
ſecum ducere. Poſt quoꝝ diſceſſum paucos eſſe illos rati, alam
inſuper mittunt equitum, quæ cũ eiſdem iungeretur. Sed qui
prius erant profecti Ramã inter & Ligdam cũ eſſent, obuios
hoſtes habuerunt, hi quingenti erant equites clam Hieroſoly-
mam vrbem egreſſi, vt quos ire ad portum acceperãt, in ipſa
via adorirentur. Quibus noſtri numero impares non ceſſere,
ſed acriter dimicantes barbaros ipſos reprimebãt, eouſꝗ pu-
gnam trahentes, quoad ala equitum poſtea miſſa ſuperuenit.
Hi prœlium conſpicati & quo in periculo eſſent ſocij iam ab
hoſte vndiꝗ circũuenti, abſꝗ mora ineunt pugnam, & incau
tos nacti barbaros primo impetu plurimos peremerunt, reli-
qui vagi ac pauentes cũ inſtare hoſtes viderẽt, atꝗ vndiꝗ cir
cumfundi, fugam arripuerũt, quos victores magno ſpatio per
ſecuti, cęſis permultis ad locũ, vbi pugna fuerat, rediere. Du-
centi ex hoſtibus duo ex noſtris eo certamine ſunt perempti.
Vbi ad mare fuit ventum, effuſi obuiam Genuenſes Ioppem
vrbem prius ingreſſi ab incolis metu chriſtianorum deſertam,
lęti milites exceperunt. Dum vero exonerant ſuas naues præ
parantꝗ ad caſtra iter, claſſis Aegyptia, quæ propè Aſcalonẽ

erat,

A erat,nocte ad Iopem peruenit,vt naues Genuenſium cape‑
peret. Quam procul viſam vigiles arcis cum aduentare nun‑
tiaſſent,cuncti ad mare mox profecti cuncta armamenta de‑
trahunt nauibus,quas tueri minime poterant cõtra validam
hoſtium claſſem,eaq; cũ reliquis rebus in arce vrbis tranſtule
runt, priusq̃ barbari perueniſſent. Vna triremis Genuẽſium,
quæ per aliquot prius dies longe à portu abierat,prædam de
hoſtibus quærens dum ad ſuos dirigit curſum,viſa procul ho‑
ſtium claſſe mox iter cõuertit,atq; in Syriam eſt profecta.Qui
vero in arce morabãtur,noctu inde taciti abeuntes tuti in ca‑
ſtra cũ omnibus rebus peruenerunt,quoq; aduentu exercitus
recreatus,deinde promptior ac robuſtior ad ferẽdos labores
fuit. Præterea Genuenſes cũ alijs de induſtria ingenioq; cer‑
tare,facere machinas,ligneas turres excitare,ſcalas multas p‑
ficere, nullum deniq; ad noſtros iuuãdos officiũ ꝑtermittere.
Itaq; ipſoꝶ ſtudio ac militũ ſummo multiplex variç cœptum
opus eſt intra menſem abſolutum.Nec oppidani eo tempore
ſegnes fuerant,ſed contra opera chriſtianoꝶ ab ea parte qua
B vrbem oppugnaturos eos cenſebãt,erexerant machinas va‑
rij generis,ac multa tormenta diſpoſuerant. Moniti enim cre
bris litteris regis eorum fortiter ferre obſidionem,quoad co‑
pias trãſmiſiſſet,& excitati ſpe præmiorum,quæ ingentia illis
ab rege ipſo promittebantur,magnos ſibi ſumpſerãt ſpiritus,
& omni ſtudio vrbem tueri ſtatuerãt.Ea etiam ratione addu‑
cti,quia cũ ijs res erat hoſtibus,quos victores implacabiles fo
re arbitrabantur. Goffredus alijq; omnibus præparatis oppu‑
gnandã vrbem poſtero die pronuntiat,& quo propitiũ tantç
rei haberent Deũ,ipſi poſt ſacerdotes,qui pſalmos aut hym‑
nos canentes ſacra manibus deferebant,cũ toto exercitu pe‑
dibus nudis ad montẽ oliuaꝶ procedunt,mille paſſus ferè di‑
ſtantem (præſidio tamen in caſtris relictis relicto,atq; à tergo
armatis diſpoſitis nequid barbari molirentur). Cũq; in ſum‑
mũ euaſiſſent,genibus poſitis veniam delictorum & numinis
opem aduerſus hoſtes petebant. Sacerdos etiam Gallus ge‑
nere,qui Ernoldus dicebatur, doctrina & eloquio præſtans,
eos monuit plurimis verbis,vt odia inter ſe ac ſimultates fini
rent,ne ſui voti ſocietatis initæ,ipſius Chriſti eſſent imemo‑
res,à quo nil ſæpius fuit ſuaſum q̃ vt viri amarent ſe inuicem,

C & remiſſis iniurijs mutua gratia conciliarentur. Nec eſſe cla- A
rius magni animi ac ſapientis inditium, q̄ iniurias obliuiſci, &
inimicis non modo ignoſcere ſed ampliore eos efficere, neq;
aliquid eſſe fœdius aut geſtis & parte gloriæ magis aduerſum
q̄ ſocios belli Chriſti milites non ſpe humanorũ, ſed cœleſtiũ
præmiorum permotos inter ſe diſſidere, ſeditionum autores
fieri, paruis de cauſis fructũ tot laborum amittere tantum de-
niq; ire odio vel inuidiæ indulgere, vt has deterrimas animi
paſſiones laudi & victoriæ anteponant, pro qua nunc vſq;
ſumma pericula ſubierint. Nam quid eſſe illi aduerſius q̄ ducũ
diſſenſiones ac militum, quorũ alter dũ alteri aduerſatur, nec
ſaniori cedit conſilio, res cõmunis negligitur, atq; hoſti datur
facultas eos malo afficiendi. Et eam ob cauſam plurimos du-
ces multos exercitus victos olim fuiſſe, ac numinis opem fru-
ſtra expoſci, niſi parendo eius iuſſis omnes in gratiam ſimul
redeant, nec ſe ambigere aduerſus conſentientes vires ho-
ſtium debiles fore, cũ inuicti ad eam diem fuerint, eaſq; ſupe-
rauerint gentes, quibus Aegyptij nec numero nec viribus pa
res eſſent. Et eo libentius dimicandũ eſſe, quo ad extremũ la
D borum peruenerint, eamq; obſideant vrbem, pro qua ſola recu
peranda bellũ grauiſſimũ ſuſceperunt, & ea capta nil agendũ
ſupereſſe, niſi vt domum cũ ſumma laude reuertantur. Con-
iugibus, liberis, domeſticis laribus longo poſt tẽpore fruituri.
Eo auidius ac lętius, quo diutius hiſce omnibus caruere, clario
reſq; ſupra modũ q̄ cũ diſceſſerint, redeant, quos omnes dili-
gent, laudibus celebrabunt, ſimul quoq; admirabuntur velut
vindices Chriſti religionis, penè humanos ſupgreſſos, ingens
trophęum de barbaris referentes. Ideoq; ſummope anniten-
dum, vt claris geſtis hoc extremum virtutis felicitatiſq; opus
adijciatur, aliogn peritura omnia eſſe, quæ nunc vſq; maxima
pfecerunt, & partę glorię ignominiam ſucceſſuram, quæ dele-
bit laudes partas, vel magna ex parte obũbrabit. Vix finem
dicendi fecerat, quũ ſubito clamor approbantiũ dicta gemi-
tuſq; ſe inuicem amplectentiũ eſt exortus, ſimul etiam ſe hor-
tantium, vt nihil ſtudij vel laboris ad oppugnandam vrbem
remitterent. Vbi vero in caſtra eſt reditũ, Goffredus animad-
uertens ab ea qua inſederat parte vbi offici parũ poſſe, quam
ſummo ſtudio barbari munierant, milites eſt hortatus vt no-

A ctu machinas reſolutis compagibus ad aliam vrbem partem transferrent, locum deſignans portam inter Diui Stephani, aliáq; Angeli dictam, quæ ſeptentrionem ſpectabat. Nã vacuum illum noſtri cum reliquiſſent, ex eo latere minus attente hoſtes cuſtodiebant. Id à militibus, magno aſſenſu celeriter eſt perfectum, vt priusquã illuxiſſet, ligneæ turres, & aliæ machinæ ad locum deſtinatum delatæ atq; erectæ fuerint. Poſtq̃ vero dies refulſit barbaris admirantibus ingens opus adeo breui eſſe confectum, noſtri ad mœnia ſucceſſere. A tribus partibus oppugnatio erat. Ab vna enim princeps Toloſę ab alijs Goffredus Tancreduſq; hoſtes vrgebant. Turres armatis plenas viris quantũ ferebat loci natura mœnibus admouentes, & qui ſtabant ſuper illis, cum penè ex equo dimicarent, barbaros multos vulnerabant. Ignem quoq; à muris iactum (quanq̃ pice & oleo aleretur) aceto & aqua extinguebant. Coria etiam ligno ſuperimpoſita, quorum erat copia ingens, ſatis opera tutabantur. Erat quoq; à machinis terror, ex quibus excuſſi magni lapides cũ maximo ſtrepitu mu-
B ros pcutiebant, quorum inanes ictus facere barbari cupientes, ſaccis incluſam paleam aut fenum funibus ante muros ſuſpendunt: Lintea quoq; aquis madentia, vt ab ijs lapides peritus excepti mœnibus non officerent. Noſtris iam erat perſuaſum capta vrbe nullum laborem ſupeſſe, graui bello finem imponi, tutum dari ad patriam reditum, & ea re plus laudis quæri gratiæq; apud alios chriſtianos, q̃ ex prius geſtis quæſiuerint. Ideoq; inſtabant ferociter iaculis aut ſaxis pugnantes, vel ſcalis admotis aſcenſum tentantes, nec labore, aut periculis frangebantur, obſtinati iam animo vel in pugna oppetere vel capere vrbem, pro qua expugnando iter tam longum confeciſſent. Pueri etiam fœminæq; ac reliqua omnis turba imbellis caſtris egreſſi, ipſis militibus præſto aderant, eos hortantes ad certamen, potumq; aut cibum ferentes, vt æſtu arentes & labore confecti reficerentur. Nec ſegnius hoſtes ſe defendebãt, ſaxis creberrimis ferientes noſtros atq; omni teloꝝ genere, quoꝝ plurimi quãuis caderent vel in pugna vulnerarentur, tñ ob copiã propugnantium mortuis alij, feſſis recentes, integri ſaucijs ſuccedebant. ergo maiore impetu animorum q̃ fructu operis noſtri cũ dimicarent, & iam

C luci tenebræ miſcerentur, ſignū receptui datum eſt. Poſtq̄ in caſtra fuit reditum non exortandi à ducibus milites ſed conſolandi protinus erant. Neq; enim defecerant animo vel præteritæ labor pugnę tantū eos turbauerat, quantū exagitabat ira & indignatio, quod imbelle hominū genus bis iam illos à mœnibus reppuliſſet. Ergo ſe ipſos increpantes pallàm dicebant vigorē animis, vim corporibus defeciſſe, alios milites eſſe in caſtris, alios Syriā ſubegiſſe, ac ſatius fore ſub ipſis mœnib⁹ vitam amittere, q̄ cū dedecore adeo magno re infecta domū reuerti. Proinde cuncti duces orabant, ne differrent certamen, ſed cū illuxerit ad oppugnandam vrbē ducant. Eos enim vel hoſtem ſuperaturos, vel morte honeſta ignominiā finituros. His Goffredus vocibus motus, quod recte exiſtimabat ardore militū eſſe vtendū, ne ſpatio interiecto is frigeſceret impetus animoꝝ, & magis periculi q̄ decoris ratio haberetur, edicit cunctis, vt in caſtrinū parent ſe ad oppidum expugnādū, & parem verbis operā præſtent, repetant animo, qua mente à domo ſua diſceſſerint, quas luſtrauerint orbis partes, quot vrbes, quas acies hoſtium ſuperarint, vt caperent Hieroſolymas,

D votum ſuum explerent, labem atq; ignominiā chriſtiani nominis auferrent, ne poſt hac ſacrum ſepulcrū ab impijs barbaris teneretur. Id. n. itineris & belli grauiſſimi cauſam fuiſſe. Quod ſi infectum remaneret ſummo dedecore illos chriſtianoſq; omnes eſſe afficiendos, nec aliquos vltra ſpem habituros Iudeæ recuperandę, cū ipſis ad expugnandam hanc vrbē vires animoſq; defeciſſe accipient. barbaris vero eam tenentibus magnā laudem acceſſurā, quod inuictum exercitū abire inde ſuis armis coegerint. Itaq; bono eos animo eſſe, & ſe hortari vt hanc ſententiā firmā teneant, honeſtam videlicet mortem vitæ turpi eſſe anteponendam, nec ab ipſis aliud poſcere q̄ vt in pugna ſuū exemplum aliorūq; ducum imitentur, quos nullum laborem aut periculum recuſare in ipſa pugna ſatis intelligent. Se quoq; non niſi victorem copias reducturum. His adhortationibus milites cōfirmati prima luce caſtra egrediuntur, & ſumma vi oppugnare adorti eo inſtabant impetu animorum vt nullum periculum quāuis maximū declinarent, & ſi qui peribant nimbo teloꝝ intercedente, mox alij loco eoꝝ ſuccedebant, & quod terrorē ſolet incutere acrius milites ac-

A cendebat,laudis q̃ ſalutis magis auidos. At qui tuebantur ci-
uitatem,ne omnino perirent,acerrime reſiſtebant,haud du-
bie rati nullam ſalutis reliquã ſpem niſi in armis proponentes
cruciatus immanes,miſerã ſeruitutẽ,ſtupra in fœminas,infan
tium raptus,abſtrahi virgines à cõplexu parentum, prædam
bonoꝝ (quæ accidere ſolent captis vrbibus) potius mori in
pugna decreuerant,q̃ ferre ſummam calamitatẽ. Itaq; noſtris
virtus illis formido maioris mali animos faciebant. Cum ſic
vtrinq; dimicaretur,& quædam machina magis q̃ alię oppida
nis noceret,nam ictu lapidum ex ea iactorũ multi ex illis pe-
rierant,anus duæ intra vrbem degentes magicæ arti aſſuetę,
pollicitæ ſunt ſe carminibus effecturos,ne poſthac ex ea ſaxũ
aliquod excuti poſſet. Igitur hę in muros perductæ cũ tribus
puellis eiuſdem ſceleris & amentiæ ſocijs cũ quędam ſigna ibi
conſtituiſſent,& verſę ad machinã neſcio quid barbarũ fren-
derent,lapides quidã ex illa excuſſi eas cũ ſocijs peremerũt.
qua ex re noſtri alacres deum adeſſe illis rati,& victoriã polli
B ceri,clamorẽ tollunt lętitiæ indicem,& ſe inuicẽ cohortantes
acrius nitebantur. Sed meridie iam exacta cũ feſſos labore ca
lor ingens ſupra modum debilitaſſet,neq; hoſtes remitterent
pugnam,continuoq; maiores ſibi ſumerẽt ſpiritus,noſtros cla
more increpantes atq; ideo milites de victoria deſperarent,
decreuerant animo caſtra repetere,ac ſe paulatim certamini
ſubtrahebant. Tum vero (vt quidã ſunt auctores) qua parte
Goffredus dimicabat comitẽ habens Euſtachium fratrẽ,qui-
dam inſigni vectus equo armis viſus ex monte oliuaꝝ deſcẽ-
dit,& alte ſublatum clypeum quatiens illum ad vrbem dirige
bat,quẽ Goffredus vbi aſpexit,nactus occaſionem ſuos hor-
tandi eũ militibus oſtendebat,clamitans hunc à Deo miſſum,
vt ſi anniti paululum velint,adeſſe victoriã nuntiaret. Id cre-
ditum à pugnãtibus,ita ferunt eos mutaſſe,vt qui languido
erant corpore ſolum de fuga cogitantes,vel exceſſerant vul-
nerati,hoc audito velut integri animis & corporibus ad ipſã
pugnam excitarentur. Ergo annixi ſupra modũ ducẽ habere
deum rati turres ligneas foſſis repletis mœnibus iungũt,& ex
illis pugnantes plurimos hoſtium interficiunt. Creſcit vndiq;
militũ clamor inuicẽ ſe hortantiũ. Goffredus quoq; hoſtes tur
batos animaduertens ad ipſa mœnia plurimos milites ire iu-

C bet,facibuſq; accenſis feno ac paleis muro ſuſpenſis ignē inii-
cere,qđ cū propere factū eſſet,& ventus afflans fumū in ora
hoſtiū ferret,illi durare nō valentes partē muroꝝ vacuā reli-
quere. Quod vbi aſpexit Goffredus ligneam turrim cū fratre
aſcendens,pontē ligneū turri hęrentē ſupra mœnia tendi iu-
bet,& magna voce reliquos admonens,vt vel ſcalis caperēt
murū vel ab imo illū ſubruerent.Primus cū fratre mœnia oc-
cupauit,multiq; illum ſecuti alios vt aſcenderēt,hortabātur.
Quibus certatim aſcēdentibus ſpe abiecta muros tuendi,bar
bari eos deſeruerūt.Proditū eſt memoriæ à quibuſdā,qui hac
hiſtoriā conſcripſere,legatū Pontificis,qui Antiochię vita ex-
ceſſerat,tū à pluribus viſum fuiſſe,quo cōſueuerat prius ha-
bitu inter primos vrbē intrantē. Goffredus cito ex muris de-
ſcendens ad perſequendos hoſtes contendit,& per uias vrbis
diſcurrēs incredibilem edidit cędē, armati pariter & inermes
pueri fœminæ mactabantur.Iacebāt vbiq; tot cadauera,tan-
tus manauerat ab his cruor,vt ea calcare aut ire per ſanguinē
oporteret.Iam ad mediū vrbis venerāt,nec dum hoſtes pro-
D pulſantes Tancredum Toloſanūq; principem captam eſſe vr
bem ſenſeranr.Auctus vero demum clamor,atq; illis propior
factus noſtros adeſſe cū indicaſſet , tum ij quoq; defenſione
omiſſa vacuos muros reliquerunt. Id inditium fuit noſtris ab
ea parte Goffredum occupaſſe.Ergo in mœnia euadentes in
tus celeriter deſcenderunt,& vadentes per vrbē ſtragem in-
gentem faciebant , non ſexui non ætati parcentes. Hoſtium
multi ad turrim Dauid refugerunt,longe plures in Dei tem-
plum areāue illi ſubiectam , qua vndiq; altis muris clauſa pro
arce tum hoſtes vtebantur.Hanc Tancredus mox aggreſſus,
haud magno cępit certamine barbaris ęgre reſiſtentibus,quo
rū animos ingens terror occupauerat.Noſtri ergo eā ingreſſi
hoſtes ipſos,q̄q̄ ſupplices tenderent manus,& armis abiectis
velut victi humi procūberēt irā victoꝝ deprecantes,ad vnū
interemerūt.Poſtea fractis tēpli portis in quo plurimi ſe abdi
derant,intus irrūpūt cęde calentes.Ibi quoq; ira p̄ualuit,nec
lachrimę aut p̄ces,nec ſanctitas loci barbaris profuerūt,quin
oēs demū interirēt.Tradūt plęriq; hominū decē milia in tem-
plo & area cęſa fuiſſe,ac ingēs pōdus auri & argēti à Tācredo
reptū,qđ purgato poſtea tēplo & rebus in ciuitate cōpoſitis

A ad ſacrum vſum reſtituit. Qui ad arcē Dauid cōfugerant ſitu & opere pmunitā, ſpe abiecta eā tuēdi, hoſte tā valido circūſtāte, territiq; ob cędes factas, vt cū ſingulis veſtimētis abirēt pacti, eā Principis Toloſano dederūt. Hoc maxīe modo vrbs pclara cū ſumma laude noīs chriſtiani armis nroꝝ capta eſt, & parta ingens ab his pda, memoriæ quoq; fuit proditū mēſe Iunio & veneris die ipſam expugnatā fuiſſe. Quod annuiſſe Deū puto, vt qua die auctor vitæ ibi eſt cruciaffixus ob ſalutē toti⁹ orbis, eadē poſtea ciuitas hæc ad ei⁹ cultū redigeret, & ij pirēt barbari hoſtes, q ſacrū ſepulchrū & alia tēpla polluerāt, chriſtiani vero illis parētes à multis erūnis liberarent. Die ſequēti nrī oēs cōgregati nil prius agendū cēſuerūt, q̄ ipm chriſti adirēt ſepulchrū, vt voto expleto, gratijſq; nimiū actis, cuius virtute magnā victoriā habuiſſent, reliq̄ demū exequerēt. Profecti ergo ad ſacrā edē, poſtq̄ ſepulchrū cōſpexere ſimulq; caluarię locū, manare ijs p̄ gaudio lachrimę illa vidētib⁹ ac tāgētib⁹, ob quę p varios caſus p tot reꝝ diſcrimina iter fecerūt.

B Nec ſatiari aſpectu poterant, aut tactu, & q̄ſi xp̄m ibi viderēt, venerabūdi pcūbebāt, nō mō agētes pro victoria gr̄as, ſed veniā criminū flebili voce petētes, tutūq; ad patriā reditū. Poſtq̄ tēplo exceſſere cura īprimis habita eſt cadauera paſſim iacētia extra vrbē mittēdi, Eo negocio ijs mādato, q capti ex barbaris nexi retinebant. Sed cū ſoli eiuſmodi rei nō ſufficerēt, additi ſunt inopes chriſtiani, q mercede accepta rē cū alijs pfecerūt. Sic purgata ppere vrbe, mox agi eſt cęptū, vt vrbi Rex & toti puincię crearet. Ergo duces militeſq; die q̄dā cū cōueniſſent, & ingēs foret omniū expectatio, ſurgēs Flādrię princeps manu atq; ingenio p̄ſtās ita diſſeruit. Magna qdem res o ſocij, magna inq̄ nūc agit, ac neſcio an alia toto hoc bello acciderit, quæ maiorē prudentiā fidem diligentiā flagitarit. Si.n. pacatę puinciæ iā aſſuetæ moribus nr̄is Rex eſſet cōſtituēdus, minus negocij haberemus, nec veſtrū errorē clades extremę arguerent. ſed ei quęritur cuſtos regno, quod hac vrbe pauciſq; exceptis oppidis totū barbari adhuc tenent, quos contra ſi vos oēs dimicaretis, nec ijs externę afforent opes, nō tñ abſq; magnis piculis, labore ingēti, ſūmo ſtudio & ingenio, tot oppida, tot munitę vndiq; arces expugnarent. Cū vero abire inſtitueritis p̄ter admodū paucos, q regē futurū hactenus ducē hūere

C nec ſit veriſimile Regem Aegypti quieturũ,cui hanc vrbem abſtuliſtis,quem paraſſe magnas copias audiuimus,nec aliud expectare q̃ rei gerendæ occaſionẽ,quis non cenſeat medio-criter ſapiens eum deligi oportere,qui prudentia fortitudine rebus geſtis omnes alios ſuperarit,alioquin ſpem adimi non modo imperiũ augendi,ſed partũ tuendi ſumma cũ laude ho-ſti ereptũ. Nam quo eſt periculum maius,quo inſtat grauior belli moles,eo enixius cauendum eſt,ne imparẽ tantis rebus præficiamus. Alius enim mari tranquillo alius procelloſo na-uis rector deſideratur,aliamq́ leues res flagitant curã, aliam graues,& turbulentę,p̃ſertim bellicæ,in quibus peccari abſq́ pernitie nunq̃ ſolet,confeſtimq́ ſequitur pœna teneritatem. proinde vt ſæpe optimi duces parua manu maxima bella cõ-fecerũt,ita minus præſtantes licet magnis copijs freti crebro exercitus amiſere.Quod ſi chriſtianos haberemus finitimos, quoq́ ope victi refici,afflicti erigi,perditi recreari tandẽ poſ-ſent,minus timendũ nobis foret. Illi autem procul abſunt,& nos vndiq́ hoſtes circũſtant,qui ſi fuderint ſemel noſtros,aut

D clauſos hac in vrbe obſederint,quæ ſubſidia illi habebũt,vel quæ loca excipient fugientes à tot barbaris circunſeſſos?Itaq́ vos præuidentes hæc pericula,eum eligere decet regẽ,cuius induſtriam,fortitudinẽ,ſapientiã his periculis parẽ exiſtime-tis,qui bellicæ laudi modeſtiam,fidem clementiã ſociarit.His enim virtutibus non minus q̃ armis magna imperia quæri,& conſeruari ſimul ſolent,cũ eiſdem præditi Reges nõ modo à bonis ſed etiam improbis diligantur,dum chari eſſe magis q̃ metui ſtudiũ habent.Quod ſi vbiq́ tales ꝺp cet principes eſſe belli,& pacis artibus claros,quanto magis in hac prouincia, in qua barbari ad cultum chriſtianũ,ad parendũ nouis domi-nis,deſerẽdũ veteres mores,ad vitę leges magis graues ſunt reuocandi,cui vndiq́ tot hoſtes tot pericula iminẽt.Iam prę-uideo animo,ſi(quod abſit) minus idoneũ declarabitis regẽ odio moti aut gratia, quibus vos vacuos eſſe decet,rei gra-uiſſimæ incũbentes,quæ cædes noſtrorũ futura ſit,quæ ruina nominis chriſtiani,quã ægre ſumus tandẽ laturi,cõmunẽ vti-litatem in hac re fuiſſe neglectam,cũ victos hic noſtros dele-ctam religionẽ audiemus,& tot laboribus partũ decus adeo breui cõcidiſſe.Ac forſitan multi prius geſta magis fortunę q̃

virtuti,

A vittuti,quæ poſthac acciderint mala,temeritati aſſignabunt, nec prorſus iniuria. Nũquid eſt ſapiente indignius,ꝗ egregie rebus geſtis finem adeo fœdum ponere,neq; aliquis hæc me ideo loqui exiſtimet,quod regium faſtum concupiſcã,& mihi vos oratione conciliem,abeſt enim,aberitq; is ab animo meo error,vt me dignum gradu ampliſſimo,aut parem ei muneri putem,& ſimul Deum atq; homines teſtor me hoc regnũ nõ appetere,nec ſi daretis accepturũ,mihiq; in animo eſſe prorſus patriam repetendi,neq; aliud me ſpectare ꝗ communem vtilitatem,atq; ideo verba facere,vt poſthabitis alijs ſummus vir tantæ rei præficiatur. Quæ igitur dixi,quæſo in bonã partem accipite,ac veſtris ſuffragijs regem facite, cuius virtute nouũ regnum non modo ſeruetur,ſed longe magis augeatur. Sic enim agentes oſtenderis eam virtutem eſſe veſtram,quæ non plus admirationis habere,ꝗ veræ gloriæ mereatur. Poſtꝗ dicendi finem fecit,quilibet ipſum laudibus efferebat,magni animi virum,prudentem,modeſtum cõmuni vtilitati non ſuę ſtudentẽ eſſe dicẽs,& eius orationem quaſi à Deo ipſam ex-

B preſſam ſeruari prorſus oportere. Sed inter tot diuerſi moris ac generis viros exorta eſt magna contentio,dum multi varios putant,qui Reges conſtituantur,nec vulgus modo,ſed Principes ipſi diſſidebant,quia plæriſq; dignitas propria ꝗ ſalus cõmunis erat carior,quoſdam vero amor vel odium à recto iudicio auertebat. Igitur ne contentio ſummi honoris grauius malum excitaret,placuit demum,vt quatuor viris,quorũ nomen tacet hiſtoria,eius rei cura delegaretur,qui diligenter vitam cuiuſq; ac virtutem ſcruptati,quẽ aliqui regem creandum putaſſent. Poſtremo Goffredũ omnibus prætulere,quorum iudicium à toto exercitu magno aſſenſu eſt cõprobatum. Ergo Goffredum velut regem lęti omnes cum ſalutaſſent,ſimul cum illo ad ædem ſepulchri ſunt profecti,ſacriſq; ibi peractis, Ramæ præſul coronam ſibi afferri popoſcit auro,gemmiſq; diſtinctam,vt capiti regis imponeretur. Qui per iniquũ eſſe dicens,ſe ibi ferre coronam aureã,vbi Rex cœli atq; orbis olim ſpineam grauem tulerat per ludibriũ illi impreſſam, diadema oblatum protinus recuſauit. Quæ res magnã ei peperit laudem,quod pietatem ac modeſtiam regio faſtui prætuliſſet,atq; operibus regẽ ſe eſſe nõ auro aut purpura oſten-

C diſſet. Nā à virtute gloria proficiſcitur, veruſq; hominū amor, A
ab opibus odium ac potentia, necnon infamiæ labes, niſi vir
tuti coniungantur, nec à tyranno regem differre niſi virtute,
plurimi tradiderunt. Hunc igitur ego Macedoni Alexandro
vera in laude ante ferrem. Ille libidine dominandi nulla ho
neſta impulſus cauſa, non iniuria laceſſitus orientis opes euer
tit, magnam fecit hominum ſtragem, multos in ſeruitutem re
degit, non ad ſalutem hominum natus ſed ingentem calami
tatem. Hic vt redimeret Chriſti ſepulchrum, religionem am
plificaret, multos eliceret ad virtutem, bellum pium & hone
ſtum ſuſcepit. Ille vnicus belli dux cum exercitu robuſtiſſimo
ſub Philippo ſemper victore magnas res haud dubie geſſit,
hic abſq; imperio, milite cū tyrone lingua moribus, & genere
diſſono, qui voluntarie illi parebat, vnà cum alijs multis du
cibus breui multas prouincias magnos exercitus ſuperauit, in
quo tanta enituit virtus, vt reliqui duces licet opibus eminen
tes ei ſponte protinus cederēt. Huius non temeritas in rebus
agendis, non ſuperbia, non crudelitas, non luxuries referun
tur. Illius vero ebrietatem, nefarios coitus, amicorū cædes, te B
D mere multa in bellis geſta, ſibi aſſertam diuinitatem plurimi
litteris tradidere. Ille manu prōptus & audax, hic fortiſſimus
omniū ætatis ſuæ habitus eſt. In eo ſanè prorſus infelix, quod
eius res geſtas nemo doctrina & eloquio præſtans illuſtrauit.
Græci autem viri eruditiſſimi non modo veris laudibus Ale
xandrum, ſed etiam fictis extulerunt, modum hiſtoriæ nō ſer
uantes. Dum Hieroſolymis omnes quieſcunt, præter Tancre
dum & Euſtachium, quos Goffredus in Samariam miſerat, vt
eam prouinciam occuparent, vltro ſe illi offerentem, quidam
Regi ſignificarūt magnū ducem regis Aegyptij ad Aſcalonē
vrbem veniſſe, ibi habere maximas copias, quibuſcum Hiero
ſolymas petere inſtituerat, & in eo exercitu nō modo Aegy
ptios ſed Damaſcenos atq; Arabes eſſe quotidie nouos addi
milites, claſſem etiam apparant, vt mari ac terra bellum exci
taretur, ipſum ducem, Claſdalam dictum, nō Aegyptium ſed
Armeniū eſſe, qui iampridem Chriſti religionem deſeruit, ha
beri peritum militariū rerū, neq; aliud magis cupere q̄ vt prœ
lio cū chriſtianis decernat, ſpemq; habere propè certam eos
vim ſuam non laturos. Eo nuntio Rex permotus alios duces

A exhortatur, vt vnà ſecum ad hoſtem pergant. Quibus aſſentientibus milites omnes arma capere atque ad iter parari iubet, mittit nuntios Tancredo & Euſtachio qui eos propere reuocarent. Demumque omnibus apparatis, relicto vrbi præſidio valido contra hoſtem contendit, atque in loco Ibelim dicto poſuit caſtra, ibi eum expectaturos. Fortuna etiam, quæ inbellis plurimum poteſt, rei bene gerendæ occaſionem dedit. Quidam paſtores armenta magna boum ducentes, nec non ouium, & equorum greges verſus caſtra contendebant, ſimulque plures armati ad cuſtodiam illis additi, ne à latronibus beſtiæ caperentur, quos non procul iam abeſſe nubes ingens pulueris indicabat. Qua conſpecta Rex aduentare hoſtem ratus, ducentos equites propere miſit, qui rem ex propinquo ſpecularentur. Hi propius accedentes cernũt beſtias eſſe, quos paſtores mixti armatis cuſtodiebãt, quos noſtri aggreſſi nullo negocio cũ fudiſſent, cum beſtijs omnibus & quibuſdam captiuis læti ad caſtra reuertuntur. Cumque ex captis eorum cõditio, vnde venirent, quo properabant, quæreretur,

B per interpretem reſponderunt, eos quorundam eſſe greges, qui oppida plura in proximis montibus obtinebant, ſeque ab illis miſſos fuiſſe, vt in paſcuis beſtias cuſtodirent. Et vbi acceperint magnas copias ab Aegypto profectas iam nõ procul conſtitiſſe, quendam ab ijs fuiſſe miſſum, qui vbi eſſent, quid pararent, qua facturi eſſent iter explorarent. Illum autẽ retuliſſe vix iniri equitum numerum ac peditum poſſe, omnes habere vnum ducem, atque ipſum palàm dicere ſe in Iudea chriſtianos omnes deleturum, & via eadem qua ipſi venerant proficiſci, neque procul illum abeſſe. Itaque ipſis cuſtodibus viſum tutius armenta & greges ad montes reducere, quàm exercitus fidei licet amici ſe ſe credere, dumque vnum vitant periculum, eos in maius incidiſſe. Quorum verbis cognitum eſt pugnam cum hoſte iminere, illumque breui affuturum. Igitur prima luce Rex inſtruit ſuas acies, & quo ad hoſtis appropinquaret, imperat milites cibum capere, quo firmiores in prœlio eſſent. beſtias captas iubet quoſdam pedites ducere, atque in loco tribus millibus paſſuum à caſtris diſtante clam conſiſtere, ſimul ducentes miſit equites eis admonitis, vt ſuum nuntium expectarent.

C Cum vero ex illo tempus mouendi eſſe audierint, mox cũ be ſtijs magno impetu cõtra hoſtes contendere. Quibus pruden ter præparatis, paulopoſt hoſtiles copiæ ſupuenerũt, numero ſupra modũ noſtris præſtantes, atq; ob hoc plenæ ſpei pugnã deſiderabant, quæ ſanè illis aucta eſt, poſtq̃ noſtros adeo pau cos conſpexerunt. Galli autem alijq; ſemper vincere aſſueti, & vanos tumultus, maximas acies barbarorũ contemnere, mi nime hoſtes metuebant. Itaq; nõ alio animo ibant in eos q̃ ſi par pecudũ numerus trucidandus eſſet. Rex etiam acies ob eundo animos verbis accendebant, virtutis priſtinæ, rerũ ge ſtarũ, ignauiæ hoſtium cunctos admonens, quodq; ſi in ea vi cerint pugna, nutans adhuc firmabunt regnũ, & qui abire tan dem volent, ſoſpites domum reuertentur. Si vero ſuperabun tur, ipſos omnes cũ reliquis chriſtianis per totam Iudeam peri turos. Igitur barbari numero fræti, noſtri virtute ac rebus ge ſtis, acriter manus conſeruerunt, ſicut animo ita etiã periculo impares. Nam chriſtiani ſatis intelligebãt, nihil tutum præter victoriam illis eſſe, nec ſolum pro laude atq; imperio ſed pro ſalute neceſſitate vrgente dimicabant. Quæ res etiã timidos

D fortes facit. Barbari vero pro alieno impio cũ pugnarẽt, atq; in proximas vndiq; regiones tutũ refugiũ ſe habere non igno rarent, nec in victoria magnã ſpem, nec in fuga ingens peri culum animis ſuis proponebant. Proinde minus ptinax virtus eorũ q̃ ex aduerſo dimicantiũ erat, diu tamen graue & anceps fuit certamen, quia noſtri à turba hoſtium penè obruebantur, quos vndiq; circũfuſos more ſuo ludificantes, q̃q̃ plerũq; ma gna cũ cęde reprimebant. Longe tamen pauciores non facile vincere ab initio poterant hominũ turbam penè innumera bilem, & ſi parte ab vna fiebat fuga, ab alijs acriter pugnaba tur. Plærũq; etiam noſtri ob impetum hoſtium parũper cęde bant, neq; aliquid erat æque noxium, ac ſagittę innumerabiles à barbaris iactę, quæ per multos homines plurimos equos vul nerabant, omnes tamen difficultates ducum & militũ ingens virtus egregię tulit. Inuicem enim ſe hortantes nõ modo bar baros propulſarũt, ſed intulere acrius ſigna, eoſq; pedem re ferre coegerunt. nuntius quoq; ab Rege miſſus cõditos in inſi dijs ire ad pugnã cũ iuſſiſſet, gregeſq; omnes vna ducere mox illi profecti tantũ puluerem longe ac late ſuſtulerunt, vt inſi

A nita quædam turba inde venire videretur. Ea conſpecta pulueris nube hoſtes mirari primũ coegit, deinde viſo equitum agmine iam certamini propinquante, cũ reliquã multitudinẽ ipſi Aegyptij nõ diſcernerent, putarunt magnas acies hoſtiũ eſſe ad opem ferendam ſuis tendentes. Ideo territi ſupra modum cũ vix alios ſuſtinerent, fuga ſibi conſuluerunt, quos fugientes equites perſecuti tantã de ijs fecerũt cædem, vt ſtrata paſſim cadauera omni ex parte cernerentur. Caſtra etiam capta ſunt, in quibus præda ingens eſt reperta. Ex noſtris multi in ipſo prǽlio vulnerati ſunt, pauci admodũ interfecti. Equorũ ingens fuit iactura, qui ſagittis cõfoſſi perierant. Sed multi hoſtibus ipſis erepti detrimentum acceptũ magna ex parte ſuppleuere. Hoc prœlio facto, Rex victorem exercitũ Hieroſolymã vrbem reduxit. Poſtq̃ quieta omnia erant, nec bellum denuo reparari audiebatur, prǽſertim ab ipſo Aegypti rege, qui fractus animo atq; anxius ob acceptã nuper cladem non vim inferre, ſed propulſare cogitabat. Flandriæ Normãdiæq; prin

B ceps cũ ſuis copijs abierũt, nec poſt reliqui omnes præter admodũ paucos, qui nouo cũ rege remanſere, ad patriam ſuam reuerſi ſunt. Boamundi nepos Tancredus cũ in Iudea remanſiſſet, Galileam quæ ab hoſte deſciuerat, ab ipſo Rege dono accẹpit, quo cũ ſimul Rex finitimis bellum inferens, quaſdam ſubegit ſibi vrbes, & quoſdam tenentes montana oppida ſibi parere demum coegit. Præterea in Arabiam cũ exercitu tranſiens magnas barbaris intulit clades, & præda ingenti eſt potitus, cũ qua milites omniũ rerũ penè inopes recreauit. Ibi eidem caſtra habenti miſſi nuntij retulerunt magnũ principem illius regionis eximio corporis robore prǽditũ, militariſq; artis non expertem ſecũ congredi maxime cupere, vt ei familiaris efficeretur, cuius laudes adeo magnas accepiſſet. Cui rege fidem dante tutũ ei aditũ fore, intra paucos idem dies in caſtra regis peruenit, quo cũ aliquot dies verſatus eius modeſtiã, comitatem, prudentiã, quã verba ipſa indicabant, & erga oẽs facilitatẽ non minus admirabatur, q̃ laudes militares, quæ (vt ait bonus orator) magis fortunæ q̃ virtuti debere exiſtimantur, nec modo Imperatori ſed exercitui ſunt cõmunes. Itaq; quod forſan armis nõ potuiſſet, idem Rex barbarũ his virtutibus ſuperauit, à quo ſanctæ quoad vixit Goffredus amicitiæ ius eſt

C obſeruatum. Nec modo tunc ipſi regi obtulit numera, ſed fre A
quẽter multa illi & magna tranſmiſit. Poſtq̃ Goffredus Hiero
ſolymis rediit, lęti nũtii attulere illius fratrẽ Balduinũ ſimulq;
Antiochiæ principẽ ipſam Iudeã iam ingreſſos magnũ exerci
tum ſecũ ducere, non ob aliud motos, q̃ vt votis explerent, re
giq; ipſi de parta victoria gratularentur. Ideo ſtudium eſt ad-
hibitum ne quid laute eis deeſſet. Milia enim ſex & viginti ſi-
mul peditum atq; equitum eos duces ſequebantur, quorum
multi nuper ex Gallia & Italia venerant, vt Hieroſolymã pe-
terent vrbẽ. Deinde voti compotes facti, ad domeſticos la-
res redirent. Hos igitur omnes cum ad vrbem veniſſent, Rex
excepit regio apparatu, & cum ſęuire inciperet hyems vſq;
ad prima ſigna veris in Iudea retinuit, mirum in modum fra-
tris præſentia Boamundiq; lætus, quoq; aduentus non modo
exterruit proximos hoſtes, ſed Aegyptium quoq; regem hos
veniſſe exiſtimantem, quo armis Aegyptum occuparẽt. Itaq;
vrbes munire, arma, equos, viros parare, aditus interſcindere,
præſidia multis in locis diſponere, per totam hyemem nõ in- B
D termiſit. Illi vero alia quadam mente prędıti longe diuerſa in
ſtituerant. Nam quia domi vndiq; circunfuſos habebant ho-
ſtes, proq; iis propulſandis paruum prędium ibi reliquerant,
eo animo erant profecti vt celeriter quantum poſſent, ad ſua
tuenda reuerterentur. Ideoq; vbi aſperitas hyemis ceſſauit,
cũ iis quas ambo duxerant copiis Celeſiriã petiere. Rex exer
citu ex hibernis deducto cõtra finitimos hoſtes proceſſit, cum
q̃ a ocio erat infenſus, tũ etiã quia nulla externa ope ſubnixos
facile opprimi poſſe cenſebat, nec omittendã eſſe occaſionem
ab ipſa fortuna ſibi oblatam. Igitur agros hoſtiũ longe ac late
populatus, quædã deinde cępit oppida, vel dedẽtibus ea bar
baris, ne grauiora paterẽtur, vel violẽter expugnata. Poſt ad
maritimã flectens orã caſtellũ obſedit Arſur dictũ paſſ. ab vr-
be Ioppe diſtãs, quod antea barbari egregie munierãt, id q̃d
accidit ſuſpicati. Rex nequicq̃ multa expertus, poſtq̃ vidit nihil
profici, nec impediri armis poſſe, quo minus à mari neceſſaria
oĩa intra oppidũ deferrentur in ipſo maris littore ſitũ, re infe-
cta eo animo inde abſceſſit, vt vere primo paratior atq; inſtru
ctior ad oppugnandũ eũ rediret. Prius aũt q̃ abiret, referunt
qdã, veniſſe in caſtra plures barbaros proximos montes inco

A lentes,qui munera multa ipſi regi attulerūt,quē ſedere in terra ſine pōpa ſine regio apparatu cū vidiſſent,admiratos fuiſſe,ꝙ Impator adeo magnus,qui totū orientē turbaſſet,ita ſe in ornatū humi ſedentē conſpici pateret. Cūq; interpres rege audiente verba illoꝝ retuliſſet,riſu ob orto eū dixiſſe, neminem quáuis magnū debere indignū exiſtimare in ipſa terra cōſpici quieſcentē,ex qua genus humanum prodierit,inq; illa ſit recaſurū. Sequenti anno ferè in exitu Maij menſis Rex in aduerſam valetudinē incidit,breuiq; morbo inualeſcēte,in quo repellendo ſummū ſtudium eſt adhibitū,in medio curſu victoriaꝝ diem obijt,& elatus regio funere in ęde ſepulchri eſt ſepultus. Vir belli & pacis artibus p̄ſtans,bellicis tñ memorabilior. In quo nō luxuries,non crudelitas,nō auaritia,nō ſupbia vnq̃ eſt cognita,quimo tradunt ſcriptores continentia tanta, manſuetudine,clementia,religione,iuſtitia, liberalitate illum fuiſſe, vt oēs eū nō modo admirarentur,ſed etiā obſeruarent, colerent,& ſummo honore ꝓſequerētur. viribus corporis,ma-
B gnitudine animi,& belli artibus ita excelluiſſe illum ferunt,vt neminē parē ſua ætate habuerit. Hūc in Bononia Gallię vrbe ex Euſtachio p̄re natū,& ex auo materno nomē traxiſſe,Balduinū,Euſtachiū,& Guglielmū fratres illi fuiſſe claros atq; inſignes,eūq; m̄rno auo ſine filijs mortuo ſucceſſiſſe,ac Loteringiā,cuius fuerat ille princeps,obtinuiſſe. Inter cuius clara opa quidā etiā retulere,ꝙ eius affinis Cymber genere nobilis,vir & bello p̄ſtans eū in iudicio ad Romani tribunal principis eū vocaſſet,quędā ex eo petēs oppida,quę ſua eſſe cōtendebat, nec aliquo modo pax inter eos cōueniret ſummo ſtudio perquiſita,tandē more prouinciæ decrerū fuiſſe,vt ambo inuicē ſingulari certamine dimicarent,victum non tām ſolū ſed etiā vitā (ſi uellet victor) amiſſurū. Itaq; die ſtatuta pugnam incipientes illos acriter equis vectos concurriſſe,pluresq; horas marte ancipiti cōcertaſſe. Poſtq̃ vero enſis Goffredi quodam ictu ita eſt fractus, vt pars exigua vnà cū capulo eius in manu remaneret, tunc principem eius miſertū de pace agere incępiſſe,quā oblatā hoſtis aſſenſu non omnino illo indignā,tamē ipſum repudiaſſe,quaſi victo leges imponerentur,& cōcitato in aduerſarium equo ipſum cū capulo ita in capſide percuſſiſſe, vt is attonitus & mortuo ſimilis ipſo ex equo laberetur.

C Supra quem ſtratum ad terrã nec pedes aut manus mouentẽ
victor Goffredus dimiſſo equo cũ ſtetiſſet, capſideq; illi detra
cta cunctis aperte oſtendiſſet vitæ neciſq; aduerſarij ſui eũ ha
bere poteſtatẽ, nõnullis accitis qui principis iuſſu pacẽ tracta
uerant, ait quas abnuerat prius conditiones tunc ſe libenter
accipere, vt cunctis pateret nõ ob aliud eas repudiatas q̃ ne
metu hoſti ceſſiſſe videretur. Qua ex re pietatis eximię, magni
tudinis animi fortitudiniſq; ingentẽ laudẽ eſt adeptus. Aliud
quoq; dignũ gloria huius viri traditur facinus. Princeps Hen-
ricus tũc Romanus Imperator, poſtq̃ accepit Saxones ab eo
rebellaſſe, regẽq; ipſo inuito ſibi ipſis cõſtituiſſe, magnũ exer-
citum cõparauit, vt hoſtes nouos vlciſceretur, cũq; ſignis col-
latis pugnare inſtituiſſet, in cõſilio eſt agitatũ cuinã vexillum
Imperij traderetur, & cunctis aſſentientibus, illud Goffredo
datum eſt velut omniũ pręſtantiſſimo, qui dum pugna erat in
gens regẽ hoſtium conſpicatus magno impetu eũ inuaſit, quẽ
haſta infeſta cũ tranſfixiſſet, moribundũ ex equo deiecit. Cu-
ius morte per acies diuulgata trepidi hoſtes fuga ſibi cõſulue-
runt. ita illius virtus eo die Romanum Imperium tutata eſt.
D Plura & alia huius viri cũ pace tũ bello inclita facta referun-
tur, quæ prætereo longitudinem ueritus, ne ue magis q̃ decet
ab inſtituto digredi videar. Poſtq̃ bellum pro ſepulchro chri
ſti ſuſceptum iam abſolui, quæ ſcribenda reliqua cenſui, pau-
cis verbis referentur. Curſu enim in his rebus erit vtendum,
quas nõnulli alij Reges poſt Goffredũ geſſere, quoꝝ nomen
ne omnino eſſet obſcurũ, & vita incognita, pauca de illis pro
fecto iam ſupaddere operi, non ab re fore exiſtimaui. Goffre-
do igitur vita functo Balduinus frater Iudeæ regnũ ſuſcepit,
vir pręſtans bellicis artibus, cuius virtutẽ ſpecies corporis am-
pla & magnifica honeſtabat, hic in Iudeã proficiſcens regium
nomẽ accepturus magnas in uia hoſtium copias parua manu
ſuperauit, qua in pugna plus valuiſſe regis prudentiã q̃ vires
ſuoꝝ quidam tradunt. Nam cũ hoſtes loci anguſtias obſediſ-
ſent, velut metuens Balduinus fugere ſimulabat, Poſtq̃ vero
animaduertit ſparſos hoſtes abſq; ordine inſequi, & loco ini-
quo ſucceſſiſſe, repente ſignis cõuerſis eos inuadẽs terga ver-
tere illos coegit, quo tandem regnum adepto Tancredus qui
Galileam tenebat, memor iniuriæ ſibi à Balduino illatæ, atq;

A illi adhuc infenſus tradita ei ſua prouincia protinus abijt,pro-fectumq́ Antiochiam vrbem ciues lętiſſimi ſuſceperũt carentes principe,quẽ iampridem barbari cęperãt. Nouus Rex certior factus multos arabes latis in campis cõuenturos ad celebrandũ feſtum diem,magnis profectus itineribus multos mortales reſq́ alias varij generis cępit,inter alios captos quædam erat mulier nobilis magni cuiuſdã viri vxor corporis cultu & forma inſignis,cui prægnanti & mox pariture quies cõmoditasq́ in talibus caſibus neceſſariæ cũ deeſſent,ipſa prorſus animo linqui & vita excedere videbatur. Cuius periculo Rex audito mox tentoriũ tendi iuſſit,atq́ in terrã ſterni veſtes,vt ea cõmodius parere poſſet,eadẽq́ libertate donata ſimul etiã ſuis comitibus,qui vnà ſecũ remanſere, Hieroſolymas redijt. Ea regis humanitas nõ modo illi peperit laudẽ, ſed breui etiã certã ſalutẽ. Deinde Rex ne per ocium tereret tempus,quo nil carius eſt mortalibus recte illud exiſtimãtibus, Arſur caſtellum,cuius iam ſupra meminimus, armis cæpit,deinde Cæſaream,in qua expugnanda etiã Genuenſes,qui claſſem habe-
B bant illi opem attulere,repertum ibi coloris viridis vaſculum dono eiſdem datum eſt,quod ipſi ex lapide ſmaragdo confectum opinabantur. Eodem tempore Rex profectus contra Aegyptios,quorũ exercitus Iudeam populabatur , eos tandẽ ſignis collatis ſuperauit,caſtris quoq́ illorũ potitus. Non multo poſt Rex Aegyptius nouas copias cum miſiſſet,quæ inter Ligdam & Ramam conſtiterant,Balduinus contra illas perrexit cũ exiguis admodum copijs,quia hoſtem cõtemnens totiens victũ,ſuos milites omnes cogere noluerat. ergo pugna temere inita ſuperatur,cernenſq́ nuſq̃ ſibi eſſe refugium præterq̃ in Rama vrbe tenente omnia hoſtium equitatu,in ea cũ paucis ſe incluſit ſitu & armis parum munita,quí deſperãs eã ſe tueri poſſe,ſi barbari ad obſidendam illam veniret maxime angebatur, & corpore atq́ animo feſſus, poſtq̃ cuſtodes per muros diſpoſuit,cum multa iam nox eſſet,ſomno altiſſimo eſt oppreſſus,quo dormiente Arabs ille,cuius vxoris in puerperio habitam curam ab ipſo rege cõmemoraui,ad vrbem venit,cuſtodemq́ alloquens petijt regem excitari,vt ei grauia quædam aperiret. quo cum demum cõgreſſus ait ſe Arabem illum eſſe,cuius vxorem Rex non modo à ſeruitute ſed etiam

C à morte liberaſſet, ac memorē tanti meriti, ideo tunc ipſum veniſſe, vt ei rebus ipſis gratiā aliquā referret. Se igitur ſua-dere ne aduentū lucis intra vrbem expectet, nam exploratū ſibi eſſe cū Aegyptijs militanti eos venturos die ſequenti atq; vrbē oppugnaturos, nec poſſe obſiſti, quin debilem ciuitatem neq; armis aut viris inſtructam capiant. Proinde ſe regē hor-tari, vt cū paucis vnà ſecum eadem hora proficiſcatur, fidei ſuæ ſe permittat, ipſum enim regionis peritū eum loca in tuta perducturū. Rex & ſi periculoſum cenſebat credere ſe hom nis fidei prorſus ignoti atq; hoſtis, quin tamen intelligebat ibi manenti certam pernitiem iminere, vnà cū illo eſt profectus, qui ei comes duxq; itineris vſq; ad locū tutū fuit eximia grati animi opera functus, non modo ipſi ſalubri regi ſed exiſtenti-bus in Iudea chriſtianis, qui vel rege amiſſo periſſent omnes, vel ingēs diſcrimen ſubijſſent. Poſt hæc Balduinus Ptolomai-dam vrbē cępit, deinde contra Aegyptios tendens rurſus Iu-deam populantes maximo prœlio eos fudit fugauitq; multis ex eis interfectis, multis etiam captis, quoq; plurimi, vt redi-merent libertatem, ingens auri pondus perſoluerunt. Eodem

D tempore hoſtium claſſis, quæ Ioppæ portum tenebat, cum in Aegyptum audita clade reuerteretur vi tempeſtatis diſiecta penè omnis naufragio perijt. Quædā triremes in Ioppæ por-tum reductæ captæ à noſtris atq; incenſę fuerunt. His tempo-ribus Cometes in cœlo viſa eſt, crines igneos magnoſq; ha-bens, necnon ab hora prima vſq; ad tertiam duo ſoles, & yris in medio cernebantur. Poſt hęc Balduinus Tripolim nobilem in Fœnicia vrbem armis perdomitā ſibi parere demū coegit, deinde cępit Barutim ciuitatem in ipſo maris litore poſitam, nec multo poſt aliam quoq; Saietem dictam. Eodē anno Boa mundū Antiochię principem & Tancredū mortuos tradunt, maximumq; terremotū fuiſſe, cuius vi multa oppida per Sy-riam totam corruerunt. Principio inſequentis anni Rex cum exercitu in Aegyptum profectus magnas barbaris intulit cla-des, vrbem etiam expugnauit propè nilum poſitam amnem Farmiā ab indigenis dictam. Deinde graui morbo correptus in ipſo itinere intra paucos dies perijt, vir in bellicis rebus prę ſtans, & per annos decem & octo quibus Iudeæ imperiū ha-buit, præterq̄ ſemel ſemper inuictus. Huic ſucceſſit patruelis

frater, etiã Balduinus dictus nomine, qui perſas Antiochiã ob ſidẽtes duobus magnis prœlijs fudit, victoſq́; è Syria expulit. Poſtq̃ vero Hieroſolymas redijt, triſtis ei attulit nũtius captũ eſſe Ragis pricipẽ, & eã vrbẽ obſeſſam in piculo magno eſſe, neq; diu obſidionẽ laturã. Itaq; Rex ad opem ferendam vrbi cũ perrexiſſet, dũ minus caute iter facit in inſidijs circũuẽtus, ab hoſtibus capitur, qui longo tpe nexum ipm retinuerũt. Ea res vbiq; vulgata cauſa fuit, vt Rex Aegyptius in Iudeã arma cõuerteret. Is.n. ratus facile nr̃os opprimi poſſe paucos & eximio rege carentes, magnas copias in Iudeam tranſmiſit, quas ferro & igne cuncta vaſtantes chriſtianus exercitus magna cũ gloria ſupauit. Neq; cõtentus ea victoria Tyrũ obſedit nobilẽ ciuitatẽ, eãq; poſt longã obſidionẽ, varioſq; certaminũ caſus ditioni regis adiecit. Poſtremo idẽ Rex liberatus magnas fudit hoſtiũ copias, quæ rurſus Antiochiã vrbem obſederãt. Demũ regis Aegypti exercitũ Aſcalonã vſq; profectũ, deinde aduerſus Damaſcenos cõtendẽs, numero longe ſupiores propè vrbẽ Damaſcũ ſignis collatis dimicauit, diuq; anceps fuit pu-
B gna, tandẽ vero terga vertere hoſtes coacti magna ex parte cęſi fuerunt. Poſt ea res egregie geſtas Rex in aduerſam incidens valitudinẽ ex magno labore ac intẽperię cœli cõtractam nõ lõga mora interiecta diẽ obijt. Genero cura regni relicta, qa prolẽ virilẽ nullã habebat, perijt autẽ decimotertio regni ſui anno. Folcus vero eius gener, qui Andegauię pricipis erat nobili & honeſto loco natus p octo annos puinciæ pſuit, mediocris homo ingenij atq; ita obliuioſus, vt eos qbus cũ frequẽter erat verſatus, qui eſſent illi, aut vnde veniſſent, ſępe interrogaret. Is cũ venatũ eẽt pfectus caſu quodã ex equo plapſus cõfeſtim examinatus eſt, nulla re memorabili cõtra barbaros geſta. Huic ſucceſſit filius Balduinus, qui adhuc impubes matris cõſilio regebatur egregię mulieri, cui dũ eſt obſecutus nil ptinus egit optimo ac ſapiẽte rege indignũ. Huius ductu auſpicijſq; ciuitas Aſcalon pluresq; aliæ captæ ſunt. Poſtea vero Horredino cõgreſſus magno tũ in Syria principi reiq; bellicæ pitiſſimo ſuos penè oẽs amiſit. Sed repato demũ exercitu parẽ hoſti reddidit cladẽ atq; illum intra vrbis Alape mœnia metu ſe abdere coegit. Eo Iudeam obtinẽte Imperator Corradus ex Germanis mouens, ac Loyſius Rex Galorum cũ maximis

C exercitibus Byzantium peruenere,à domo ea mente profecti vt peterent Hieroſolymas,& bellum aliquandiu contra barbaros gererēt. Græcus autem Imperator eorꝝ aduentu haud lętus,licet ſplendide eos exceperit,magniſq; donariū muneribus,cū quia od erat gentem Germanam ſibi Imperium afferentem,tum etiam quia principes adeo claros tot armatos habentes formidabat.Itaq; nihil aliud agitabat animo,q̄ quomodo eis occultę noceret. Igitur nuntios miſit barbaris,quorum per agros ij exercitus tranſituri erant,vt illis loco idoneo inſidiarētur,ſe vero daturū operam vt eiuſmodi copiæ per montes locaq; aſpera conducantur. Itieris duces,quos Germanis & Gallis dederat,clam admonuit,qd fieri ab eis vellet. Ideo Imperator,qui Galliæ regem aliud iter facientem reliquerat, propè Iconium Licaoniæ vrbem in inſidias præcipitatus vix cū paucis aufugit,reliqui capti aut cæſi fuerunt. Ipſe Byzantium reuerſus adiuuante græco principe nauibus in Iudeā vectus eſt.Loyſius vero qui per loca ibat maritima poſtq̄ minorem attigit Aſiā,ab hoſtibus circūuentus magna amiſſa exercitus parte vix in tutum demum euaſit,exceptuſq; à principe
D Antiochiæ inde in Iudeam peruenit. Ibi omnibus conſultantibus quonam modo inciperent bellum,placuit tandē Damaſcum vrbē obſidere,ratis magnas chriſtianis addi vires,ſi eā armis domitam caperent.Itaq; ad illam obſidendam profecti cū ita vrgerent oppidanos,vt vltra ferre vim eorum iam nō poſſent;fraude quorundam cum rege Iudeæ militantiū quos pecunia hoſtes corruperāt, expugnādę vrbis ſpes eſt amiſſa, quorum ſcelus Galliæ Rex animaduertens maxime indignatus obſidionē diſſoluit,reuerſuſq; in Iudeam poſt aliquot menſes inde abijt,claſſe vnà cum ſuis vectus.Sequenti anno Rex Balduinus poſt res multas egregię geſtas ac vigeſimum regni annum vita exceſſit,veneno vt creditur ſublatus. Cuius mortem non modo ſui,ſed multi barbari ſupra modum luxerunt, vſq; adeo gratiam omnium erat promeritus. Ferunt quoq;, cum Horredino regis hoſti quidam dixiſſent,ſibi adeſſe facultatem graui malo noſtros afficiendi rege carentes,eum ſe id facturum negaſſe,miſertū illoꝝ,qui præſtantiſſimi obitum regis iure ac merito lugerent.Poſt hunc ſine liberis mortuū frater Amaurius regnū ſuſcepit,quo in Iudea quieſcēte vnus ex

A ducibus Norredini tũ Damaſco etiã dominantis nomine Siracon magnas copias in Aegyptum tranſduxit, vt ipſam prouinciam occuparet. Cuius aduentu Rex conterritus putanſq; illi ſe imparẽ eſſe, ad opus chriſtianorũ confugit, Amaurio rege magna ſpe prẽmiorũ illecto vt arma illi ſocia iungeret: qui in Aegyptum vbi peruenit, poſt varios belli caſus non modo acie fudit hoſtem, ſed ex Aegypto abire coegit, quem egregie de Aegyptijs meritũ illi demũ cũ eluſiſſent, nec meriti neq; fidei memores, atq; in ipſum hoſtilia molirentur, Rex indignatus arma in eos demũ vertit. Qui viribus impares neceſſitate coacti, quandoquidẽ neminẽ alium adiutorẽ habebant, Siraconem accerſierunt. Is repulſo rege Amaurio dux militiæ regis Aegypti factus eſt. Cui ex fratre nepos erat Saladinus nõmine, magno animo atq; ingenio prẽditus iam tũ ſigna oſtendens qualis quantuſq; eſſet futurus. Is patruo demũ vita functo, in eius opes imperiũq; ſuccedens breui omnẽ exercitũ ſibi conciliauit, maioraq; animo voluens dolo ſtatuit regem occi-

B dere, vt ſolus Aegyptum obtineret. Itaq; regem adiens velut eum ſalutaturus, & pro imperio militari acturus gratias more tradito à maioribus venerabundus humi procubuit, paulatimq; ſe attollens cũ de induſtria voce ſummiſſa loqueretur, atq; illẽ, vt audiret, ſe incuruaſſet, gladio quẽ occultẽ ſecũ tulerat, regẽ peremit, moxq; reuerſus ad milites, quos in vrbe iam acciuerat, quaſi feſtum diem acturus, Rex ab illis eſt appellatus, nulliq; Aegyptij populi ſuum imperiũ abnuerũt, eius clementiã, liberalitatem, & animi magnitudinẽ iam experti, nec ab eo aliquid eſt omiſſum, quod ad eorũ promerendũ amorẽ pertineret. Cũ hoc nouo Aegypti rege Amaurij filius Balduinus, qui in imperio patri ſucceſſerat, varia cũ fortuna bellum geſſit. Semel enim illius fratrẽ, bis eundẽ ſignis collatis ſuperauit. Semel tantum caſum pugnẽ aduerſum expertus. Quo defuncto, atq; eius vnico filio qui paucos annos poſt eum regnauerat, Guido quidã, Gallus genere qui Balduini ſororẽ matrimonio ſibi cõiunxerat, Iudeẽ regnũ ſuſcepit, qui nec belli neq; pacis artibus prẽſtans ab ipſo initio ſatis oſtendit ſe imparem rebus gerendis fore. Is vxori protinus obſequens, religioſiſq; illis, quos tẽplarios vocitabãt, multa temere ſtatuebat, ijſdẽq; inſtigantibus, qui claris viris erant infenſi, cũ tripolis principe

C nōnulliſq; alijs inimicitias exercebat, quæ res cauſa fuit malorum omniū. Nā Tripolis princeps opibus p̄ualens, militariſq; artis peritiſſimus quo ſe defenderet cōtra regem, ſi grauiora forſan tentaret, occulte fœdus cū Saladino inierat, & licet regi tandē conciliatus ſe illi amicum ſimularet, tamen, animaduertens plus apud eum aduerſarios ſuos q̄ ſe poſſe, quærebat occaſionē graui malo regem afficiēdi. Cum igitur Saladinus arma in regē conuertiſſet, & cū magno exercitu ipſam Iudeā popularetur, Rex accito Tripolis principe cū ſuis copijs contra hoſtes perrexit numero & induſtria illis impar, & loco iniquo poſitis caſtris, cū aquæ inopia & multis incōmodis præmeretur, ſtatuit experiri fortunam, & ſignis collatis dimicare. Igitur Tripolis princeps qui mediā aciem tuendam ſuſceperat, circū ſe habens eos milites, quos in caſtra duxerat regis, primus in hoſtes properauit, qui acie patefacta illum tranſire paſſi ſunt, cū ſuiſq; ad Tripolim regredi, reliqui autē qui cum rege remanſerant, nullo negocio ſuperati ſunt, & magna ex parte cæſi vel capti. Rex ipſæ multiq; alij ſecum principes in

D poteſtatem victoꝝ venerunt. Hęc victoria ita fregit omnium animos qui chriſtianis fauerāt rebus, vt ijs exceptis, qui Hieroſolymā vrbē tenebāt, cuncti penè ad Saladinū defecerint, qui clementer vſus victoria, & erga omnes optimū ſe oſtendens principem, animos populoꝝ ſibi conciliauit. Deinde ad Hieroſolymas oppugnandas verſus, quia vrbem tenentes pacis leges repudiabant, quas obtulerat ſatis equas, ad eam obſidendam profectus eſt. Tandēq; poſt lōgam obſidionē ipſam ui cępit ciuitatē, quā vt eriperent barbaris chriſtiani ſummos labores plurimas clades, magna pericula ſubierant. Id permiſiſſe deum putant, qui hanc hiſtoriam conſcripſere ob ſcelera chriaſtianoꝝ, qui in Iudea morabantur, quos auaritiæ ac luxui deditos, ſimileſq; immanibus barbaris tradunt fuiſſe, diuinarūq; reꝝ prorſus oblitos, quoꝝ improbi & deterrimi mores fruſtra petito dei pręſidio totā prouinciā priuauerūt.

FINIS.

Venetijs per Bernardinum Venetum de Vitalibus
Anno Dñi M. D. XXXII.